

Fons erat hebreus siccus nec clarus abundes;
Proculis Alfonsi tempore ad vsqz grauis;
Cum fonseca suo venit cum sydere quinto:
Iste sacrum fulgens pingueqz fecit opus.

ALFONSI
FONSECA
SALAMANCA
1510



C **Introductiones** Al-
io grammatis hebraice nunc recen-
ter edite.

C Impressi in Academia complutensi in
Edibus Michaelis de Egua;

VNiVERSiDA
DE SALAMANC

GREDO.S.USALES

AD REVERENDISSIMVM AC IL

iustrem dominum. D. Alfonsum de Fonseca

Archiepiscopū Toletanū, & Hispania

rum primatē &c. Alfonsi Za

morensis: introductionum

Hebraicarū secunda

editio: post

eam,

quam primitū ediderat in

academia

COMPLV

TENSI.



QVIDEM NVL
lum est Reverendissime ac
perinde illuſtrissime domi
ne humanum opus maxi
me litterariorum adeo perfe
ctum, quod vigilantia ac
temporis discursu recogni
tum nequeat melius disponi,
ac perfectionis augmētum
recipere: testante hoc Ari
stotele Philosopherū p̄in
cipe: qui vocem experientiae proferens. Scientiarum
(inquit) velut fluminum per temporis longitudinem fa
cta

ta sunt incrementa. etenim quod vniquisque autor se
cundum se apposuit sive scientiae, paruum quid fuit, ex
multis tamen coarticulatis facta est scientia cuiusque ma
gnitudo. Hæc ille in secundo sive metaphysices. Quod
si in omni ætate & doctrina, id esse verum nullus permit
titur ambigere: hoc maximè experti sumus in hac no
stra tempestate circa artem & Grammaticam linguae he
braicæ nuper latinis traditam diligenter, ac beneficio cu
iusdam Ioannis Reuclini germani: qui cum ab hebraicis
in ea fuisset diutius eruditus: vidissetq; hebraeos ipsoſ
in Synagogis Germanæ magis vſu, quam arte linguae
sue peritiam tradere: decreuit vſum illum in artem re
digere, & more latinorum præcepta tradere: quibus fer
mo Hebreus continetur. At cum apud Hispanos ma
xime Zamorenses eiusdem linguae studium valde artifi
ciosum viguerit haſtemus: ſatis diminuta vīa est editio il
la Ioannis Reuclini, & quæ multorum præceptorum
additione perfici desideraret. Quare Reverendissimus
dominus meus Cardinalis bone memoria prædecessor
D.V. considerans, quam necessaria eſſet latinis Theolo
gis Hebraicæ lingua perita, ad habendam vel maxime
ſynceram & veridicā veteris testamenti contexturam: aſci
tis hebraeorum peritissimis ex diversis Hispaniæ vrbis
bus aliam edidit plentiorem artem Hebraicæ grammati
cae: ſimil cum vocabulario copioſiſſimo omnium fere
dictionum hebraicarum. Inter quos illum laborem præ
cipue mihi commendauit. Verum quia prædicto domi
no tunc ad alia maiora properante: editio illa in tem
poris

A 2 poris

UNIVERSITATIS
DE SALAMANCA

poris angustia facta est , remansit adhuc locus posteris eiusdem lingue peritissimis , vt artem illam additione , remotione , aut permutatione præceptorum breutorum , faciliorem , ac profunde lucidiorum efficerent . Quia recognitione eiusdem domini Cardinalis intentio non fraudaretur , sed potius augeretur , & confirmaretur . Ego igitur qui per annos plures illius liberalitate alitus sum : indicau me hoc ipsi debere obsequit : si tamen hoc præstatre commode possem : vt ex Zamorensium doctissima officina acciperem multa , quæ ad huius artis eliminatio- nem , cōplementū , & pulchritudinē essent idonea : Accipiat igitur R. D. tua hanc qualemcumque grammaticæ hebreæ recognitionem : vel potius secundam editionem tuo benignissimo fauore tuendam , ac ad multorum uti latatem excudendam : quam sermone plano & humili edere volui , quatenus tam adolescentibus adhuc rudibus quam viris litteratis prodeffet . Per hoc enim me accerri me incitabis ad alia opera forte utilia aggrediēda: quæ ex hebreorum archiis adytiis cum magno reipublicæ Christianæ adiumento in publicum essent proditura . Nā hoc opus decet paternitatem tuam dignissimam , cum sis ipse successor eius à quo haec bona copta sunt in Hispania .

Vale.

ALFONSI
ZAMORENSIS PROFESSORIS
linguae hebraicæ in academia complutensi . Intro-
ductiones Artis Grammaticæ Hebraicæ in tres
præcipue libros diuisæ , Quorum primus est de
modo legendi , & pronunciandi litteras & syllabas . Secundus est de modo declinandi & conju-
gandi dictiones regulares . Tertius de dictionis
bus irregularibus .



N PRIMIS, ITA:
que ponamus nomina figura-
rum & potestates litterarum
hebraicarum recto ordine descendendo à summa
usque ad infimam eorum . Itaque figura sit
character litteræ scriptus ,
nomē sit eius vocabulum ,
potestas vero sit correspon-
dentia eius ad aliquam litteram latinam , vel græcam , vt
melius appearat eius prolatio . Litteræ ergo hebraicæ quā-
tum ad nomina sunt duæ & viginti . Sed quātum ad si-
guas sunt viginti & septem , quia quinque species litterarū
duplices habent figuras vt patet in hoc exemplo .

A 3

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

ALPHABETVM HEBRAEVVM.

Nomen	Figura	Nomen	Potestas.
אַלְפָה	א	Aleph	A
בֵּתְה	ב	Beth	B
גִּימָלְה	ג	Guimel	G
דָּלֶתְה	ד	Daleth	D
הֵהְה	ה	He	H
וָוְה	ו	Vau	V
זָהָןְה	ז	Zain	Z
חָתָהְה	ח	Cheth	Ch
טָוִותְה	ט	Teth	T
יְוָדְה	י	Iod	I
כָּפָחְה	כ	Caph chaph	C ch
לָמֶדְה	ל	Lamed	L
מָםְמָםְה	מ	Mem mem	M M
נוֹנָנוֹנָה	נוֹ	Nun nun	N N
צָמָחְה	ס	çamach	ç
עָזָןְה	ע	Hain	Ha
פָּהְה	פ	Pe phe	P ph
צָדִיקְה	צָ	cadic cadic	ç ç
קָרְהָה	ק	Qnoph	Q
רִישְׁהָ	ר	Res	R
שְׁוִיןְהָ	שְׁ	Sin çin	S ç
תְּוִוְהָ	תְּ	Tau	Th

¶ Et notandum quod scriptura hebraica est legenda a dextera manu ad sinistram eundo. Vnde ad hoc magis declarandum iterum scribitur Alphabetum hebraicum per binas litteras sine nominibus.

¶

CAP. PRIMVM

גָּדְדָה. תְּ. לְמָסָה. נְ. סְ. פְּ. צְ. קְ. שְׁתָה.

Nomen littera bissyllabum habet accentum in prima.

S Equuntur figurae nomina & potestates punctorum quibus hebrei vtuntur pro nostris litteris vocalibus, & sunt nouem simplices.

Nomen	Figura	Nomen	Potestas.
כָּמֵץ	-	cameç	a
פָּתָח	-	pathach	a
צָרֵי	-	cere	e
סְגֻּול	-	çegol	e
שְׁבָא	-	seua	e
חִירִיק	-	chiriq	i
חוֹלֵם	-	cholem	o
שְׁוִירָק	שׁ	sureq	u
שְׁוִירָק	שׁ	sureq	v

¶ Praeter haec puncta simplicia sunt ad huc alta tria composita, scilicet haec.

כָּמֵץ טָבֵחַ	-	cameç chateph	o
בְּתָחֵת טָבֵחַ	-	pathach chateph	a
סְגֻּול טָבֵחַ	-	çegol chateph	e

¶ In his duodecim punctis nomina eorum proferuntur semper accentu in ultima. Vnde patet quod potestas cuiuslibet puncti vocalis est secundum vocalem latinam, quae ponitur in prima syllaba sui nominis. excepto punto cameç chateph quod pro. o. latino ponitur, ut patet hic supra. Potestas vero cuiuslibet litterae hebraice accipitur secundum sonum, à quo incipit nomen eius. vt Beth potestas est. b. Daleth potestas eius est . d. & sic de aliis.

A 4

Ex

UNIVERSITATIS
DE SALAMANCA

GREDOS.USALES

TIBRI PRIMI

Ex praedictis autem litteris & punctis adinticem
combinatis sunt syllabe hebraicae, sicut in aliis linguis om-
nisbus. ut patet in hoc exemplo, vbi omnia puncta voca-
ta adiunguntur primae litterae alphabeti, quae est Aleph.

u o i e a
æ æ æ æ æ æ

C Item aliud exemplum de secunda littera, scilicet beth cum eisdem punctis vocalibus.

bu bo bi be ba

CEt per hunc modum debet fieri in aliis omnibus litteris adiungendo eis puncta vocalia & faciendo syllabas, deinde ex syllabis divisiones. & tandem ex divisionibus orationes. ut patet in hoc versu, qui est principium libri Genesis, & totius sacrae scripturae.

בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ:

Hoc est. In principio creauit deus cœlum, & terram.

Cet in legendō aduerte, qđ quālibet littera in medio di-
ctionis posita habens sub se punctum seu, quālibet etiā
littera in fine dictionis posita sine punto vocali, colligen-
da est cum vocali & syllaba eam p̄ecedente hoc modo
tip̄as eph̄quod, idest visitabo. **C** Hac de modo legē-
di, & combinandi litteras syllabas, & dictiones.

Cap. secundum de proprietatibus litterarum.

Sed adhuc circa predictas litteras, & puncta vocalia aliqua sunt notanda. ¶ Primo quod illa quinque littere quas prius diximus duplices habere figuram, sunt istae ȝ capi ȝ mem ȝ mun ȝ pe ȝ ȝ cadiq. In quibus

CAP. SECUNDVM.

bus priores litteræ semp̄ ponūtur in principio & in me-
dio dictōnis nunquām infine , posteriores vero semper
infine,nunquām in principio aut medio dictōnis, quare
peculiari vocabulo litteræ duplices, & finalis vocantur, &
memoriae gratia significātur hac dictōne יְנִפְאֵךְ chim-
napheç . Harum quinç littererarum finalium tres nun-
quām scribuntur cum aliquo punto vocali, sed colliguntur à syllaba precedente. & sunt ista יְנִפְאֵךְ mephaç . aliae
vero duæ , scilicet יְנִ nun & chaph recipiunt puncta vo-
calia.differenter tamen , quia nun finalis solum cameç
recipit. & tunc non colligitur à syllaba precedente, sed fa-
cit per se syllabā לִ na,quādo vero scribitur sine pūcto vo-
cali,tunc colligitur à syllaba precedente.Chaph vero fi-
nalis nunquām scribitur sine punto seu vel cameç.
& nunquām venit cum alio punto, sed quando scribitur
cum seu, colligitur à syllaba precedente, vt יְנִ lech. quā-
do autē cū cameç facit per se syllabā cha, vt יְנִ elecha.

¶ Secundo sciendum, quod dimissis quinq[ue] litteris finalibus praedictis, altae viginti duæ litteræ principales dividuntur in duas partes æquales. nam vndeclim earum sunt litteræ substantiales, & aliae vndeclim dicuntur accidentiales. Substantiales, quæ his quattuor dictionibus ט ח ס פ נ
ר ק צ ע י comprehenduntur, ideo dicuntur, quia ad nihil aliud deserunt, quam ad constitutas syllabas, & dictiones, earumq[ue] significations principales, suntque de substantia dictiorum in quibus ponuntur sive cum punctis vocalibus sine fine illis, & dicuntur ab hebreis. ט ר שׁ וְ תַּתְּאֵן idest litteræ radicis, Econtrario aliae

LIBRI PRIMI

אַתָּבָנָה vindicem litteræ qua in his tribus dictionibus continentur, vocantur accidentales, quia præter hoc, quod substantiam quarundam dictionum constituit, solent in aliis dictionibus ponit ad denotandum accidētia nominis, aut verbi, ut genus, declinationē, coningationem, tēpus, personā, casum, &c. vt infra dicim⁹. Has litteras accidentiales hebrei vocat **שְׁפָחִיות** אֲזֹנוֹת i. litteras seruitur.

¶ Tertio dicamus, quod ex istis undecim litteris accidentalibus quatuor sunt, quae solent poni oiciose, scilicet אַרְבָּה & dicuntur ab hebreis נָחָה. & hoc continet, quando ponuntur sine puncto vocali ad ornamentum dictionis, & tunc non sonant in pronunciacione licet scribantur, ut patet in hac dictione רִאשֵׁית resith vbi aleph & iod sunt litterae oiciose. & per hunc modum ponuntur in aliis multis dictionibus, & immediate sequuntur ad puncta vocalia.

¶ Quarto notandum, quod quando haec duas litteras
ociosae vau & iod ponuntur simul in fine alicuius dictio-
nis sine punto vocali, tunc prima eorum manet ociosa,
& secunda profertur colligiturque a syllaba precedente. vt
גָוִי goi banau. Et quando sola iod, vel sola vau po-
nitur in fine dictionsis post punctum vocalem de. a. vel. u.
tunc non est ociosa, sed profertur, & colligitur a syllaba
precedente. vt צָהָב zahav. Et quan-
do post praedictas duas litteras, scilicet vau & iod sequi-
tur immediate punctus surech cum vau, tum illa littera vau
vel iod profertur, & non est ociosa. vt וְחַיָּה chayi.
Et quando iu sine dictionsis ponuntur iod & aleph, vel
vau & aleph sine punto vocali, tunc non proferuntur,
sed

CAP. SECUNDVM.

fed ambæ manent ociosæ, ut רְיוָא hi mabo.

Quinto scire debemus, quod præter supradicta pūcta vocalia hebrei habent alium pūctum dictum dagues. qui nunquam scribitur sub vel supra litteram, sed intra eam, vel in ventre litteræ, nec seruit pro vocali, sed ad redendam actiorem vel densiorem litteræ pronunciationē, ac si esset geminata. vt גַּבְּרִים minimenu. et quando non ponitur dagues littera blāde, & simpliciter profertur. Vnde & dagues hebraice est densans, vel cōstringens latine. cui contrarius est apud hebreos aliis punctus, vel virgula, quæ dicitur raphe hebraice, idest laxans latine. quia littera cui talis virgula superponitur, laxa & exilis sonat.

etius non est dagues , sed vocatur mapiq chnidaice , id est
extractor latine , quia extractus illam litteram à sua natura ,
me

VNIVERSITATIS
DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

ne sit octoſa, ſed facit eam ſonare. & ponitur ſolum ille pū
etus in hac littera ad denotandum genus foemīnūm ter
tiae perfonae numeri ſingularis, vt patet in hoc exemplo
תְּבִרְכָּה debata, tēlef verbum eius, ſcilicet foemīna.

¶ De littera. ¶ tres.

¶ De prolatione littera. ¶ . 7. eſt notandum quod in
principio diſtioniſ ſonat ſicut duplex. rr. vt **שָׁנֶר** rros
שָׁנֶשֶׁר trefith. ſed in medio vel in fine diſtioniſ ſonat ſi
cū ſimplex. r. vt **בְּרֵשֶׁת** berelith **בְּרֵשֶׁת** ſamar.

¶ Sexto ſciendum, quod eſt aliud pūctus non vo-
caſis apud hebreos, qui dicitur ſiboleth, vel ciboleth, & ſer-
uit ſolum vni littera alphabeti, quaſ dicitur w ſin. & ſu-
perſcribitur ei variatiō ſonum eius hoc modo. quia qua-
do ponitur ſupra litteram ad manu dexteram dicitur il-
le pūctus ſiboleth, & tunc ſonat littera illa vt. s. latinum.
quando vero ponitur idem pūctus ad ſinuſtam, dicitur
ciboleth, & tunc ſonat illa littera vt. c. latinum, & nunquam
iſta littera ſcribitur ſine aliquo pūcto ex ſupradictis,
poſito ſupra eam. Et quando haec littera ſonat vt. c. cuni
apice ciboleth affiſimilatur aliis duabus litteris camach
& gadic in ſono carū, quia omnes iſte ſonant apud he-
breos vt. c. apud latinos, licet illum ſonum communes la-
tini nō proferant niſi quando c. iungitur. e. vel. i. nam cum
aliis vocalibus. c. apud eos ſonat vt. q. vel. k. ſed p̄adieſtæ
tres litteræ hebraicas cum omnibus pūctis vocalibus ha-
bent illum ſonum, ſicut etiam Hispani ſonant litteram. c.
cum omnibus vocalibus eodem modo. licet diſcretionis
graſia ponant quoddam ſignum ſubscriptum littera. c.
ad

CAP. TERTIVM.

ad faciendum illum ſonum quod vocant cérilla. hoc mo-
do. qa. ce. ci. co. cu. Et quia iſte ſonus litteræ. c. non erat
in viſu apud latinos tempore sancti Hieronymi, ideo ſem-
per ipſe in trāſlatione ſacré scripture in vocabulis hebrai-
cis pro illis tribus litteris poſuit. s. latinum. vt pro q̄ina, fi-
na, pro cebaoth, ſebaoth, pro eçau, eſau. priſti vocabuli
littera eſt camach. ſecundi cadić. tertii littera ſin cum ci-
bolet. Verum ſubtileſ hebræi faciunt quādam paucam
diſtinguiam inter ſonos harum trium litterarum. quia ca-
dic ſonat fortius, camac mediocriter, c̄in magis exdiliter.

¶ Septimo vidēdum eſt de pronūciatione litterarum
hebraicarum. & p̄aeter doctriṇam poſitam ſupra de po-
ſtate litterarum, & pūctorum, addimus hic quod etiam
vina voce præceptoris opus eſt ad bene pronunciandas
ſingulaſ litteras hebraicas, eo quod ſunt quādam litteræ
hebraicas quarum ſoni non bene explicari poſſunt litteris
latinis, ſciliſet iſta quattuor **עֲלֹת**. Sed artiſcioſi grā-
matici hebreorum diſtingunt alphabetum in quinque
partes quantum ad prolationem litterarum. nam. e. a.
quattuor litteræ **בְּגָדְךָ** proferuntur labiis. Iſta quinq̄ **שְׁנַיְךָ**
dentibus. Item iſta quinq̄ **לְבָנְךָ** lingua. Sed quattuor
ille **בְּקָרְךָ** palato. tandem vero iſta quattuor **עֲלֹת** pro-
feruntur in gutture. atq̄ ideo diſtæ ſunt litteræ gutturales.
Aliqui hebrei dicitū, qđ illæ due litteræ נ n mem & nun
voſcantur litteræ naſi, quia non bene proferuntur niſi aper-
to naſo. Sunt tamen in alphabeto quattuor iſta litteræ
כְּנַסְךָ & **בְּגָדְךָ** que valde affiſimilatur in figura illis quattuor
& tamē earum prolationes, & ſoni ſunt valde diſtincte,

ideo

VIRGINIA
EX CORDIS
DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

ideo ad eundem errorēm in legendo, datur inter eas hēc notabilis differentia, quia primæ quattuor sunt angulares & quasi semi quadranguli, aliae quattuor sunt rotundæ & quasi semicirculi.

Cap. tertium de punctis vocalibus, & aliis.

Circa puncta, vel apices notandum est primo, quod inter puncta vocalia quinque dicuntur principalia vel reges aliorum, quia in hoc versu בְּרִית־וָיְהִי contineantur, & post nullum istorū immediate sequitur dagues, excepto si accentus dictioñis poneretur in eodem pūcto principali ut יְהֹוָה alia vero puncta omnia dicuntur minus principalia & serui aliorum. Et quia quinqꝫ dicta puncta principalia correspōdēnt nostris quinqꝫ vocalibus latini, & similiter puncta minus principalia etiam seruiunt pro eisdem vocalibus latini, ad videndum horum punctorum differentiam, dicamus hęc proprietates singulorum per ordinem, ita quod post quemlibet punctū principalem sequatur punctus minus principalis seruiens ei.

Incipiamus igitur a pūcto cameç.

Tām dictum est supra, quod iste punctus habet vicem vocalis. a. tamen hoc s̄epius mutant hebrei in sua pronunciatione : dicentes, quod quandocunq; in aliqua dictione polysyllaba punctus seuimmediate præcedit aut sequitur punctum cameç, tunc cameç sonat, vt cholem, idest pro vocali o. vt חַכְמָה idest sapientia. hebrei legunt chocma חַכְמָה idest seruabo. hebrei legunt esmor. Sed hęc regula hebreorum non est multum necessaria latini, quia sine errore posset legi chacma, & esmor. Est tan-

men

CAP. TERTIVM.

men vna dictio monosyllaba, scilicet לְ idest omnis. vtrū usque generis & numeri, quæ scribitur per cameç, & cum accentu dictio machaph, & tunc profertur quasi per cholem, scilicet col. Verum in duobus locis sacra scripturae ista dictio scribitur sine illo accentu, & tunc legitur cal. Primus locus est in psal. 34. vbi dicit̄ omnia offa mea &c. Secundus est Proverb. 19. vbi dicit̄ oes fratres pauperis &c.

C De pathach.

Etiam dictū est, qđ pathach ponitur pro vocali. a. si cut cameç, sed in hoc differt ab eo, qđ pathach distinguit nomen à verbo, quia in verbis primæ cōlagationis quorum primæ duas syllabæ habēt vocalem. a. prima scribitur per cameç, secunda per pathach vt פָּנָא pacad, idest visitauit. in nominib; autem tales duas syllabas habentibus vtrāq; scribitur per cameç vt בְּרִית dabar, idest verbum. **C** Item quando in fine dictioñis pathach subscribitur his duab; litteris gutturalib; y & cheth & hain, tunc vocalis. a. designata per pathach prius debet sonare, quam littera. hoc modo ah, quod est contra communem modum aliarum litterarum & punctorum, quia semper prius sonat littera, quam punctus. Exempla hucus regulę sunt hęc יְהֹוָה יְשֻׁעָה iesuah massiah, idest tēsus christus. & huiusmodi nomina habent accentum in penultima syllaba. & hucus prolationis ratio est, ad distinguendū nomen masculinū à feminino, & etiam à pronominē feminino, quæ semper habent he litteram in fine, & perfertur illa syllaba ultima hoc modo יְשֻׁעָה iesuha, idest saluatio מֶלֶךְ יְהֹוָה rucha, idest spiritus eius, scilicet refemini.

VINCIERON
AD
DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

forminiae. ¶ Itē pathac chateph, punctus minus prīcipalis, qui ponitur pro.a.vocali, cōsūentē ponī ab hebreis in litteris quattuor gutturalibus prædictis, scilicet יְהָא. Et ponitur sepius in eis loco puncti seu, sed nihilomin⁹ profertur tunc vt vocalis.a. ¶ De cere & cegol.

Dicamus secundo de punctis vocalibus, quæ correspōndent vocali.e. quorum primus cere est principalis, sed cegol, & seuā minus principales. Differt autē cere à cegol tum in prolatione, quia sonus cegol est morosus fono cere in aliquibus dictionibus, tum quia aliquæ distinctiones easdem litteras substātales habentes mutant significacionem propter horum punctorum varietatem. nam hæc dictio לְאֵל cū cere significat deum, & eadē cū cegol לְאֵל est articulus datiuī casus, vt אִישׁ אֶלְאֵל idest datiuū vir. Differt etiā cere à seuā in hoc, quod mutant aliquarum dictionū significacionem, vt hæc dictio טַרְיִם methim cum cere in principio significat mortuos, cum seuā in דְּבָרִים viros. Item cegol chatheph ponitur communiter pro.e. in litteris gutturalibus sicut pathac chateph. vt supra dicebatur. ¶ De seuā.

Hebrei dicunt, quod seuā non est pūctus vocalis, sed ponitur ad seruendum alios punctis, quod verum non est quando seuā ponitur in principio dictionis, tunc enim valet pro.e. vt supra diximus. Quando autem ponitur in medio dictionis, tunc non est vocalis, sed desinat, quod illa littera, cui subscribitur, colligēda est à syllaba eam præcedente, & non facit per se syllabā more aliorum punctorum, vt etiam superioris dictum est. vt אֲפָקָרְאֵל ephquod,

CAP. TERTIVM.

ephquod, idest visitabo יְהִי מְרִיאָת מִשְׁׁמָרָת Marfa. ¶ Hæc tamen regula patitur tres exceptiones. Prima, si littera, cui subscribitur seuā, habeat punctum dagues, tunc enim seuā est vocalis.e. & facit per se syllabā, vt אֲנָגָן ithechem, idest vobiscum. Secunda, si duo seuā sibi sp̄is immediate succedant, nam tunc secundus eorum profertur vt.e. & prius recolligitur, vt רַבְכָּד iphqedu, idest visitabitū. Tertia si eadem littera geminatur in una dictione, tunc si prima earum habeat seuā, profertur ut לְלְבָנִין elelula, idest laudate domum. & huius ratio est, vt vtraque illarū litterarū sonet in prolatione, quod alias non fieret, & quia talis dīctio haberet aliam significacionem. Si tamen secunda geminarum litterarum haberet seuā, colligitur, & non profertur. vt רַבְכָּד romantem, idest exaltantis. ¶ Dicit etiam hebrei, quod seuā profertur aliquando pro vocali.i.vel.a. nam si post seuā immediate sequatur iod cū quo cunque alio puncto vocali, tunc seuā profertur pro vocali.i. vt בְּרִי bitad, idest in manu, & בְּרִי biton, idest in die. Si autem littera, cui subscribitur seuā, habeat accentum dictionis, tunc seuā legitur pro vocali.a. vt אֲשֶׁר־רַאֵשׁ assare hais, idest beat⁹ vir. in principio primi psalmi, quia accentus est in littera sin, cui subscribitur seuā. Huius regulæ ratio est, quia vt diximus seuā non est punctus vocalis ex sua natura, ideo est multipliciter variabilis, & ponitur pro diversis punctis. ¶ De sureq.

Duo sunt genera puncti vocalis de .i. qui vocatur sureq alterum habet tria puncta velut per scalas descendenter hoc modo appellaturque קְבָנִים שְׁפָתִים B qibuc

DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

qibus cephathaim, idest coniunctio litorum, alterū cum litteræ vau apponitur pūctum ad latus, sicut dagues hoc modo. Hec autem differunt inter se per hoc, quod prior sureq; nūquām ponitur in fine dictionis, idest nisi alia littera sequatur, posterior vero sureq; venire potest in quo cunque loco indifferenter, idest in principio, medio, & fine dictionis.

¶ De dagues.

Tste punctus licet non sit vocalis, tamen multa habet officia in lectura hebraica. Primum est, de quo diximus supra in capitulo secundo parrafo quinto. Secundum de quo dictū est supra in capitulo tertio parrafo de sua, scilicet ad hoc quod proferatur sua & non supprimatur. vt Exodi.15. יְהוָה מֶלֶךְ מִקְדָּשׁ miqdas iehoua, idest templū domini, quod alias proferretur miqdas. Et hoc dicunt fieri euphonie causa, quoniā lectura hebraica est suauior & melior vehemētioribus litteris per dagues. Tertiū est ad supplementū aliquitas præcedētis litteræ, quæ deficit, & suppletur p dagues. vt פַּגְגָּה nagas. i. accessit, qđ verbū in futuro habet וַיְהִי thingas, & deberet legi thingas, sed suppletur littera nun per dagues. Quartū est ad mutandū dictionis significationem. vt בְּמֵאָה. si littera mem nō habet dagues, significat ancillā, si habeat dagues, significat cubitū. Itē בְּמֵי tamē sine dagues est dies, cū dagues est maria plaliter. Quintū est ad ostēdēdā vehemētiā locutionis, & operationis, qđ maxime appetet in verbis secundæ configurationis. vt בְּמֵה piqqed. i. visitavit. de hoc tamē alias plenius dicetur. ¶ Estque notandum quinq; litteras finales nō recipere dagues excepta littera ת chaph, q; aliquādo

recis

CAP. QVARTVM.

recipit dagues, & tūc sonat ad modū qoph exultis. Exemplū huius habet Psal. 117. אֲלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים idest deus meus es tu, & cōfitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te. Scindū etiā, quod littera nun finalis quādo scribit̄ cum cameç, potest duplūciter scribi. Aliquādo enim cameç sequitur litterā, & hoc clarū est, & magis propriū. quādoq; vero ex imperitia scriptorū pūctus ille præcedit litterā nun, & ponitur sub alia littera præcedēte, & tūc dubium est quādo ille pūctus p̄tinet ad litterā nun, & quādo ad aliā præcedēte. sed hoc sic declaratur. Quādo enim pūctus cameç ponit̄ indirecto aliorū pūctorū, tūc p̄tinet ad litterā, quę præcedit nun, sed quādo idē pūctus scribit̄ paulo inferior, pertinet ad litterā nun. vt Gen.19. וְתַרְבָּה וְתַרְבָּה vathahatena. i. cōceperūt לִזְרָן midian. i. madian. puindia.

¶ Cap. quartum de accentu, & punctis.

Vltimo dicam⁹ de accētib⁹ hebraicis, & pūctuatio ne. Licit accētus, qui est syllabæ pñnciatio elevata vel depressa, sit cōmuni⁹ pñctetas omniū linguarū, & gręci, atq; latini tres distinguant accētus, acutū, graue, & circūflexū, tamē solus accētus acutus dicit̄ accētus dictionis & quasi forma eius, alii vero dicunt̄ potius accētus syllabarum. In hebreo autem idiomate licet nūquām reperiatur accentus circūflexus, tamē prēter acutum & grauem multi alii accentus reperiuntur differentium figurarum & nominum, quos hebrei vocant בְּנֵי tehāmim, idest sapore. Et horum quidam scribuntur super dictionem, alii infra eam, item alii in principio dictionis, alii in medio, alii in fine, & inferius patet.

B. 2.

H.

DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

¶ Hi accentus scrutant ad tria. Primum officium est sicut apud Latinos, & Græcos ad eleuandum, vel deprimendum syllabas dictionum ut convenienter proferatur una queque dictio. Et specialiter loquendo de accentu acuto, qui est accentus dictionis: sciendum, quod ille tam in hebreo, quam in quoconque alio idiomate sepius mutat significacionem dictionis, ex eo quod ipse accentus mutatur ab una syllaba in aliam, ut פָּלַח falach, si accentus ponatur in ultima syllaba, significat mittere: si autem in prima, significa genus armorum quod dicitur telum. Mutat etiam idem accentus mutatus nomen in verbum, & econtra, vt patet in exemplo premisso, & hic לְבָב bahal si acutatur ultima, est verbum nubere, vel dominari: si autem eleuentur prima syllaba, est nomen, scilicet maritus &c.

¶ Secundum officium accentus hebraici est ad cantum sacra scripture, quam in hebrei in suis synagogis cantare solent, eo modo quo Christiani in ecclesiis vntuntur notis illis, vt re mi fa sol la, ita hebrei istis accentibus figuratis, sed in hoc catu habebant multas varietates iuxta varias materias librorum biblitæ. Nam Pentateuchus & libri historici cantabantur modo plano, & leni. Libri prophetæ modo severo, & syrlico, & adhuc fortius lamentationes Hieremie, & Iob. Psalterium autem modo contemplatio, & graui. Proverbia modo plano, & consiliario, Cœtica modo alaci, & locudo. Ecclesiastes autem modo severo, sed ad hoc bene intelligendum opus esset experientia viue vocis eorum. ¶ Tertium officium accentus hebraici est ad ordinandum pausas, & clausulas medias, & integras.

CAP. QVARTVM.

Integras. Nam pro meditis clausulis vtebantur communiter huiusmodi figuris accentuum. תְּבִרְעֵלֶת בְּרִיאָה תְּבִרְעֵלֶת בְּסָכָה pro clausula vero integrâ, id est pro fine clausule ponebant hanc figuram accentus, quam vocant בְּסָכָה רְגָב coph paciq. Est tamen quidam accentus hebraicus nomine מָקָף maqaph, qui ad nullum trium predicatorum officiorum deferunt, sed tantu ad coniungendas dictiones orationis inter se, maxime quando altera earum est monosyllaba, vt Gen. 1. אָרָן קָדְרָה אֹרְן קָדְרָה. Et ita in multis aliis locis.

¶ Ad maiorem autem noticiam horum accentuum notandum est, quod omnes illi habent differentes figuræ à punctis vocalibus & altis predictis, exceptis tribus iam dictis, scilicet cegulla, rabiach, & zaqeph qaton. nam cegulla assimilatur cegol, sed zaqeph qaton apparet seu. Sed eorum differentia haec est, quia cegol & seua semper scribuntur sub litteris, sed isti duo dicti accentus semper supra litteras ponuntur. Rabiach item assimilatur pucto choleni, sed differt ab eo in hoc, quia semper cholem scribitur in extremitate sinistra litteræ, sed iste accentus semper scribitur superio in medio litteræ. Sequuntur exempla. תְּבִרְעֵלֶת בְּרִיאָה תְּבִרְעֵלֶת בְּסָכָה צְגֻלָה.

¶ Ad habendum perfectam noticiam omnium accentuum hebraicorum, ponuntur hic eorum nomina & figure secundum usum Hispanorum hebraeorum, apud quos vigebat rectissima pronuntiatio, lectura, & tota grammatica hebraica, maxime Toleti, Cesaraugustæ, & Zamore. Et sunt quæ sequuntur.

B 5 נְקָדָה

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

לְאָקֶן בְּקָרְבָּן שְׁוֹר הַלְּבָנָן בְּנֵי
 בְּלִי יְהוָה יְמִין קְרָנוּ בְּלִי אֶת
 וְלִשְׁוֹרָה כְּלָבָן תְּלִבָּן שְׁוֹרָה
 בְּלִקְנָה וְלִזְנָה שְׁוֹרָה כְּלָבָן
 תְּבִנָּה בְּלִמְנָה זְבָבָה כְּלָבָן
 בְּלִמְנָה בְּלִמְנָה מְלָךְ מְלָךְ אֲמָנָה
 בְּלִשְׁלָה תְּבִנָּה בְּלִשְׁלָה בְּלִשְׁלָה תְּבִנָּה

כְּלִקְנָה

¶ Verum in tribus libris, qui sunt Job/Psalterium, & Proverbia cum eorum cantus esset valde differens ab aliis, aliqui istorum accentuum mutantur, maxime duo, quia pro cęgulia saepius ponitur maqel בְּלִי & pro thirça vel thalsa ponitur qinoreth בְּלִשְׁלָה . ¶ Et sic est finis primi libri harum introductionum grammaticę Hebraicę, que de modis legendi, & pronunciandi inscribebatur.

Sed

CAP. QVARTVM.

Sed ad facilitorem usum omnium regularum predicatorum, subiectemus hic duas orationes communes Christianorum hebraice scriptas, scilicet Pater noster, & Ave maria.

Pater noster.

regnū tuū adueniat nōmē tuū factificet q̄ es i celis p̄ nō אָבִינוּ שְׁבָטָים יְתַבְּשֵׂשׁ שְׁכָנָה בְּאָמֵן פְּלִכּוּתָה panē nřim in terra, et in celo sicut volūtas tua fiat יְשַׁהָה רְצֹונָה כְּמֵן בְּשָׁלִים כְּמֵן בְּאֶרְאָן לְחַמְנוּ debita nřa nobis & dimitte hodie nobis da cotidianū תְּפִידָה כְּמֵן לְנוּ הַיּוֹם וּסְלִיחָה לְנוּ אֲשֻׁכּוּתָה nos iducas & ne debtorib⁹ nřis dimittim⁹ & nos sicut כְּמֵן שְׁאָנוּ סְלָהִים לְאַשְׁלִיכָנוּ וְאֶל תְּבִיאָנוּ Amē a malo libera nos sed in tētationē בְּנָסָרָן אֶל תְּבִיאָנוּ מִרְעָה אֶל :

Ave maria.

benedicta tecū dñs grā plena maria Ave
 שְׁלָום לְךָ מִרְבָּם מִלְאָתָה רְחֵם יְהוָה עֶפֶר בְּרוּכָה
 sancta iesus vētris tui fruct⁹ & bñndic⁹ i mulierib⁹ tu אֶת בְּנָשָׁים וּבְרוֹךְ בְּרֵי בְּמָנָה יְשַׁעָה קְדוֹשָׁה Amē p̄stōrib⁹ p nobis ora dei mater maria
 מִרְבָּם אֶם הַלְּהָ�ים הַתְּפִלָּל בְּעָדָנוּ חַפְאָים אֶל :
 pleni sunt sabaoth deus dñs sancti sancti sanctus קְדוֹשָׁה קְדוֹשָׁה יְהוָה אֱלֹהָי צְבָאוֹת מְלֹא

B 4

bñdis

VERGILIA
DE SALAMANCA

LIBRI PRIMI

benedictus in excelsis osanna gloria tua & terra eccl^s
 שָׁמַיִם וְאָרֶן כְּבוֹדְךָ הוֹשֵׁעַ נָ בְּרוּם : בָּרוּךְ
 Achluta. dñi in noic q venit
 בְּשָׂסֶת וְהַזְּהָה : בְּלִילָה
 אֲבָבָה
 Iudeorum Rex Nazarenus Iesus
 יִשְׁוּעַ נָצְרִי מֶלֶךְ וְהַדִּין
 ascendet deradice eis & flos iessē deradice virga & egrediet
 נָצְרָה מִנְעָזָב יִשְׁגַּי וְנָצְרָה בְּשָׁרָשָׁיו יִפְרָחָה

¶ Significationes nominum litterarum hebraicarum.

- ¶ Doctrina vel mansuetudo.
- ¶ Domus.
- ¶ Retributio vel plenitudo.
- ¶ Paupertas vel tabula.
- ¶ Effe vel eae vel ecce.
- ¶ Principium vel charitas.
- ¶ Nutritio vel arma.
- ¶ Vita vel contrito vel descenso.
- ¶ Lutum vel scopa.
- ¶ Laus vel manus vel confessio.
- ¶ Humiliatio vel palma manus vel nubes.
- ¶ Doctrina vel disciplina.
- ¶ Altiquid vel ex his.
- ¶ Filiatio vel eternum vel progenies.
- ¶ Coniunctio vel appositiō vel sustentatio.
- ¶ Oculus vel fons.

CAP. PRIMVM.

- ¶ ¶ Os oris vel hic loci.
- ¶ ¶ Iusticia vel iustus.
- ¶ Circundatio vel fortificatio.
- ¶ Paupertas vel principium.
- ¶ Mutatio vel secundatio.
- ¶ Signum vel stupor syriacæ.

¶ Sunt adhuc præter has nominum istorum interpretationes, quædam aliae minus tamen vittatæ, quas oportet ex vocabulario Hebraico excerpere.

¶ INCIPITVR SECUNDVS LIBER
 harum introductionis grāmatice Hebraicæ, de nominū,
 pronominū, & verborū declinatione, atq; conjugatione.

¶ Cap. primum de genere nominum.

¶ Quidam iam dictum est, quemadmodum ex litteris
 sicut syllabæ, & ex syllabis dictiones, sicut opus
 est, ut declareremus qualiter ex dictiōibus construātur ora
 tiones, qua de causa ipsæ dictiones vocantur partes oratio
 nis. Et licet græci, atq; latini plures ponant partes ora
 tionis, idest modos dictiōnum, hebrei tamen solis tri
 bus orationis partibus contenti sunt, quas vocant פְּנַחַת פְּנַחַת
 sem pohal & milla, idest nomen verbum, & di
 ctionem. nam ad nomen rediuntur pronomē, sed parti
 cipium ad nomen simili & verbum, per milla omnem di
 ctionem indeclinabilem intelligunt, idest Præpositionē,
 Aduerbiū, Interlectionē, & Conjunctionē. Et hūc
 modum quasi magis naturalem sequutus est Aristoteles
 in sua logica, qui solum posuit nomen, & verbum, atque

finches

AD
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

sine categoriis, id est consignificatione, id est dictione.

¶ Incipiamus igitur dicere de nomine. & dimissis omnibus his, in quibus hebrei cum græcis, & latinis concordant, quia illa nobis sunt notissima, scilicet diffinitio nominis, diuissio eius per substantium & adiectuum, atque sex nominis proprietates, scilicet qualitas, genus, species, numerus, figura, casus, seu declinatio, solum declarabimur ea, quæ propria sunt hebreo idiomi, & quæ ex græcis & latinis fieri non possunt. Hæc sunt maxime quatuor, genus, declinatio, numerus, & casus. ¶ Genera nominum apud hebreos licet possent quinq[ue] distingui, scilicet masculinum, femininum, communem duorum, dubium, & promiscuum, quæ neutro genere carent, tamen omnia ad duo genera reducuntur videlicet masculinum & femininum, de quibus solis dabuntur regulæ artis. Masculinum genus vocant hebrei זָחָר zachar, femininum נָקָה neqeba. Ad horum generum cognitionem dantur tres regulæ principales.

¶ Prima est naturalis per sexum in animalibus, scilicet quod nomina masculinū sive propria, sive communia sunt generis masculini. vt אַבְרָהָם abraham. שָׁׂעִיר is. id est vir. Et nomina femininarū sive propria, sive communia sunt generis feminini. vt שָׁׂרָה sara. תֵּשֶׁב issa, id est mulier. Et nomina rerum vel proprietatum, quæ conueniunt tam masculinis quam femininis, sunt communia duorum generum. vt אָדָם adam, id est homo. לְהִיא chail, id est fortis, sed hæc notissima regula est apud omnes, quia vero sunt quædam alia nomina aliarum rerum in quibus nullus est sexus, ideo dantur alias regulæ de genere.

Secunda

CAP. PRIMVM.

¶ Secunda regula est per terminationem, scilicet quod omnia nomina hebraica terminata in aliqua istarum triū litterarū אַלְפָה aleph, הַתָּאָה thau, כּוֹמָנִית communiter sunt generis feminini. vt אַלְפָה aleph, id est militia אַלְפָה cama, id est sitis בְּרָכָה beracha, id est benedictio אַלְפָה תָּרוֹה thora. i. lex וְתָאָה oth, id est signum vel littera וְתָאָה shibboleth, id est spica. Nomina vero definita in quacunque aliam litteram hebraicam communiter sunt generis masculini. vt בְּחֹר bechor, id est primogenitus. Sed ista regula multas patit exceptiones, maxime pro secunda eius parte de masculinis, quia pleraque talium nominum finiuntur saepius adiuncta nominibus adiectiis aut verbis, vel participiis femininis, id est quæ terminantur in aliqua illarum trium litterarum generis feminini. nam tunc illa nomina sunt feminina. & eadem erunt masculina sine illis litteris finalibus in se vel in suis adiunctis. vt Ecclesiastes primo וְתָאָה zarah est generis masculini, quia verbum eius zarah est masculinum, vt patet ex littera finali. sed נָאָה. וְתָאָה. i. sol ortus est. ibi semes est femininum, quia verbum ev zarah est femininum quia terminatur in he. Itē tertii Regum 19. וְתָאָה מְפֻרָק regim. id est spiritus grandis & fortis subuerens montes. vbi illud nomine ruch, id est ventus habet tria adiectiva. primū femininum, scilicet gedola, id est gradis quia terminatur in littera he, alia duo sunt masculina. f. vechazaq. i. & fortis mephareq. i. subuerens quia terminatur in aliis litteris &c.

¶ Tertia regula de cognitione generis nominum est, per terminationem numeri pluralis, quia nomina masculina

AD
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

Una communiter in plurali terminantur in. im. fœminina vero in. oth. vt יְרֵא אֲשֶׁר idest vir viri. שָׂרָה אֲשֶׁר idest mulier mulieres. בְּדִבְרַם בְּדִבְרַת idest verbum verba. תְּגֻרוֹת תְּגֻרוֹת idest lex leges. Sed haec regula non est usquequaque vera, nam patitur placuisse exceptionem, vt in declinatione nominis dicimus. Aduerte hic quod in nominibus animalium, quæ habent sexum, de quibus in prima regula supra, omni nomine masculinū potest formare de se fœmininum terminatum in littera. he. vt נְעָרָה idest puer puella פָּרָה idest mulus mula. נְקָנָה idest vetulus vetula פָּרָה idest taurus vaca.

¶ Notandum etiam, quod in nominibus animalium brutorum, idest quadrupedum, & volatilium sunt quædam nomina generis promiscui hoc est, quæ sub uno genere significant masculinū, & fœminam, vnde & talia nomina quandoque inueniuntur adiuncta adiectivis vel verbis masculinis, quandoque fœmininis. vt בָּקָר bos יְוָנָה columba אֲקִילָה aquila לְמַלְךָ camellus אַפְּרָה passer corvus, Et ita de multis aliis sine numero.

¶ Cap. secundi de declinatione nominum.

Declinaciones nominum apud Hebraeos, sicut & apud Hispanos, & quosdam alios non variantur per casus, sed solum per numeros. quia nominis terminatio in omnibus casibus numeri singularis est eadem, sed variatur in numero plurali. quia variatio duplex est, vt iam diximus in tercia regula generis, ideo duas tantum sunt nominum hebraeorum declinationes. ¶ Prima est nominum masculinorum, quorum numerus pluralis terminatur

CAP. SECUNDVM.

eur in. im. a quacunque numeri singularis terminatione. Quæ formatio duobus modis fieri potest. Primo addita syllaba. im. super numerum singularem. Secundo mutata ultima littera singulari in. im. vt חַנְצִים idest sagitta sagittæ idest spica spicæ. ¶ Secunda declinatio est nominum fœmininorum mittentium pluralem numerum in. oth. a quacunque singularis numeri terminazione. Quæ etiam formatio duobus modis fieri solet, aut addita syllaba. oth. aut ultima littera mutata in. oth. vt מִלְחָמָה צָבָא צָבָאות militia militie הַלְּבָן נְלָבָן dictio dictiones. Vnde ex hoc exemplo de milia, habes quod quando ultima nominis littera fuerit he illa excluditur in formatio ne prædicta numeri pluralis in im. vel in oth. vt שְׁנָת שְׁנָת annum anni. Sed ab hac regula declinationum, atque etiam à tercia regula generis superiori posita, excipiuntur quædam nomina, nam sunt quædam masculina mittentia pluralem numerum in. oth. & quædam fœminina in. im. alia denique tum masculina, tum fœminina, quæ implurale utrunque habent terminacionem hoc est in. im. & in. oth.

¶ Masculina in. oth. sunt hæc fere.

אֲבָבָה

בְּכוֹר בְּכוֹרוֹת

תְּלִזְמָה תְּלִזְמוֹת

מְאוֹר מְאוֹרוֹת

מְבָנָה מְבָנוֹת

מְטָר מְטָרוֹת

שְׁקוּם שְׁקוּכוֹת

Pater patres.

Primogenitus primogeniti.

Somnium somnia.

Luminare luminaria.

Altare altaria.

Pluvia pluiae.

Locus loca.

Taber-

VIRGENSIDAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

מְשֻׁבֵּן תְּשִׁבְנָנוּת	Tabernaculum tabernacula.
סִירָה סִירָות	Olla ollæ.
כְּבָלָה כְּהָלוֹת	Ecclesia eccles.æ.
קוֹלֶן קוֹלוֹת	Vox voces.
קַיְרָה קַדְרוֹת	Paries parietes.
שְׂדָה שָׂדוֹת	Campus campi.
שֵׁם שְׁמוֹת	Nomen nomina.
כְּפָרָה כְּפָרִים	Fœminina in. fm. sunt hæc fere.
אֲבָנָה אֲבָנִים	Lapis lapides.
אֲזָנָה אֲזָנִים	Auris aures.
אַלְהָה אַלְהִים	Quercus quercus.
אַלְפָה אַלְפִים	Manipulus manipuli.
אַרְקָה אַרְקִים	Tumor timores.
אַשְׁתָּה אַשְׁתִּים	Mulier mulieres.
בִּיכָּה בִּיכִים	Ouum oua.
דְּבָרָה דְּבָרִים	Carica carica.
הַרְבָּה דְּרָבִים	Apis apes.
חַטָּאת חַטָּאִים	Via viae.
רַעֲנָה רַעֲנִים	Triticum tritica.
פּוֹלְטָמָת כּוֹטְמִים	Stratio strutioes.
לְבָנָה לְבָנִים	Far farra.
סּוֹפֶת כּוֹפֶתִים	Later lateres.
גִּמְלָה גִּמְלִים	Miraculum miracula.
סָאה סָאים	Formica formica.
עַזְןָ עַזְלִים	Mensura mensuræ.
עִירָה עִירִים	Oculus oculi.
בִּילְגָּשׁ בִּילְגְּשִׁים	Civitas ciuitates.
	Concupisna concubinae.

Mani

CAP. SECUNDVM.

אַבְתָּה אַבְתִּים	Manipulus manipuli.
רְחָלָה רְחָלִים	Ovis oves.
שְׁבָלָתָה שְׁבָלִים	Spica spicæ.
שְׁוֹשָׁנָה שְׁוֹשָׁנִים	Rosa rosæ.
שְׁנָה שְׁנִים	Annus anni.
שְׁעוֹרָה שְׁעוֹרִים	Ordeum ordea.
תָּאָנִיםָה	Ficus fici.
כְּמָלָה מְלָם מְלָאות	Fœminina & foeminita in. fm. & in. oth.
אַמְרָה אַמְרִים אַמְרוֹת	Timor timores.
דּוֹר דּוֹרִים דּוֹרוֹת	Verbum verba.
לְלָתָה לְלָתִים לְלָתוֹת	Generatio generationes.
חַצְרָה חַצְרוֹם חַצְרוֹת	Ianua ianue.
מְלָה מְלָם מְלָאות	Villa villa.
מְעָן מְעָנִים מְעָנוֹת	Dictio dictiones.
עַזְןָ עַזְלִים עַזְנוֹת	Fons fontes.
פְּנָה פְּנִים פְּנֹות	Peccatum peccata.
צְלָעָ צְלָעִים צְלָעוֹת	Angulus anguli.
קְרָן קְרָנִים קְרָנוֹת	Latus latera.
שְׁנָה שְׁנִים שְׁנֹות	Cornu cornua.
Possibile est autem, quod sacram scripturam legentes quedam alia nomina irregularia innescant præter hæc, sed ista sufficiant exempli gratia.	Annus anni.

Sed circa formationem supradictam nominum regularium à singulari numero in pluralem notandum, quod plerunque precedentium syllabarum vocales mutantur, sed non semper uno modo, pro qua varietate dant istæ tres regulæ.

Prima

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

¶ Prima regula est, quod nomina monosyllaba que habent cere in principio mutat vocalē.e.in.i.vt חַנְן חִזְבָּם נֶת נְמָרִם יְגַע עֲתָרִים idest sagittae sagittarum. idest vexillum signum. idest hircus sive capra. id est tempus sive hora. קְנָן קְרָבָּם i. nodus. קְנָן קְרָבָּם i. finis. Sed ab hoc genere nominum excipiatur hoc nomen.ben. idest filius quod mutat. e.in.a. vt בֵּן בְּנִים . ¶ Alia isto cum mutant alias vocales in alias. vt יְהֹוָה idest dies id est ciuitas id est latus . Sed tria sunt monosyllaba que nō mutant. vt צְדָקָה id est te stis testes צְדָקָה וְעַד id est lignū sive arbor. שְׁמָוֹת id est nomē. Et præter haec pauca alia reperies monosyllaba he braica, si qua tamē forte apparuerint, ex analogia precedētiū formabuntur, exceptis his, q̄ inter irregularia posita sūt.

¶ Secunda regula est, de nominibus duarum syllabarum, quod illa cuiuscunq; sint generis, plerunque mutant vocalem in vocalem. vt יְבָרִים קְלָקִים idest verbum & participium id est pars. Sed excipiuntur nomina hebraica, qua habent similitudinem cum his dictionibus nihil significantibus פְּעֻלָּה פְּעֻלָּה פְּעֻלָּה פְּעֻלָּה פְּעֻלָּה quoniam nomina, quā sequuntur proportionem harum dictionum, non mutant vocalem à singulari numero in pluralem. vt אָבָּא אָבָּא אָבָּא id est lopus lupi. quod sequitur proportionem dictionis פְּלָגָה & ad hanc rationem reducuntur alia plura nomina bisyllaba. Verumtamen nomina habentia similitudinem cum illa dictione אָבָּא si in littera media non habuerint da gues, mutant primā vocalem in aliam. vt בְּרָךְ בְּרָךְ בְּרָךְ idest

CAP. TERTIVM.

idest benedictus benedicti, sed si habuerint dagues, nihil mutant. vt טְבָרָה טְבָרָה אַלְלָה אַלְלָה i. dux duces id est vmbilicus vmbilici תְּנוּרָה תְּנוּרָה id est furmis fur ni id est malus mali.vel malum mala. Etiam quando prima dictionis littera est aliqua ex quatuor gut turalibus subscripta cū apice canieç, vel pathach, nihil mutant, sive habeant dagues in media littera, sive non , vt שְׂמָחָה שְׂמָחָה id est sollicitus solliciti עַפְרָה עַפְרָה id est coluna columnæ. Nomina quoq; hui⁹ ordinis definita in he plerūq; nihil mutant. vt שְׂדָה שְׂדָה i. campi.

¶ Tertia regula est de nominibus plurim syllabis, idest trium aut plurium syllabarum. quod talia nomina plerunque nihil mutant. vt תְּאַנְּבָּה תְּאַנְּבָּה id est fucus fuci. Dixi plerūq;, quia poterit inueniri exceptio contra hac regulā. vt יְעַנְּרָה יְעַנְּרָה i. strutio strutiones, & sicde aliis.

Cap. tertium de numeris nominum.

Numerus communis proprietas est quatuor partium orationis declinabilum, que sunt Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium. Et licet apud latinos sit tandem duplex numerus singularis, & pluralis, tamē Hebrei sicut & Graci tertium habent numerum, scilicet dualem. Verum hoc nō nisi in solo nomine, nam verbum, & participium, atque pronomen solos duos habent numeros singularem, & plurem. nomen autem habet tres numeros. Singularis numerus hebraica dicitur לְשׁוֹן יְהָוָה hoc est lingua unus. vt שְׂמָחָה שְׂמָחָה id est vir mulier. De cuius numeri terminacione nulla est certa regula, eo quod sit principium. Exceptis nominibus femininis termina

G. tis

UNIVERSITATIS
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

teris in aliqua illarum trium litterarum אֶלְעָזָר de quibus in
præcedenti capitulo de genere dicitur est. A nomine masculino singulari formantur & plurale masculinū & singula-
re, atq; plurale femininū, de qua formatione etiā diximus
in.2.cap. Dualis vero numerus hebraice דְּבַרְתִּי שְׁנָיו לְשָׁנָה idest lingua duorum. Et terminatur semper in.im. siue no-
men sit masculinū, siue femininū. & formatur a singulari
numero addita syllaba.im. vel ultima littera mutata in.im.
Et talia nomina dualia semper habent accentū in penulti-
ma syllaba, quae subscriptitur cū vocali pūcto de.a.cameq,
vel pathach. Et oia fere huiusmodi nomina significat res
binas, idest quae semper duas tantas reperiuntur. vt דְּבַרְתִּי שְׁנָיו לְשָׁנָה idest manus manū. אֲבָנִים שְׁנָיו לְשָׁנָה idest aures oculi. בְּנֵי רְבָלִים שְׁנָיו לְשָׁנָה idest pedes naris. Pluralis deniq; numerus hebraice dici-
tur לְשָׁנָה בְּרִים i.e. lingua multorum, de cuius terminatione
pariter & formatione tam in nominib; masculinis, qđ in
femininis iā diximus in cap. de genere. vt אֲשֶׁר אֲשֶׁר יִשְׂרָאֵל idest viri mulieres. Sed aduertendum, quod sunt quædā no-
mina, qđ in numero singulari habent simile terminationē si-
cūt noīa dualia, vel pluralia masculina, quia terminantur in.
im. vt בְּנֵי אַיִלִים קָרְבָּנִים i.e. subsolanū vetus קָרְבָּנִים i.e.
egyptus קָרְבָּנִים id est nōmē ppriū viri. Aduertendum tamē, qđ
aliquādo ab huiusmodi noīb; desinētib; in.im. auferet qđ
apocopē mem finalis, & tūc accipit tale nōmē terminatio-
nem ꝑnoīs primæ psonæ vel singularis, vel pluralis. Exē-
pli prīm. 2.Reg.22. וְיָמֵן וְיָמֵן וְיָמֵן & liberabis
me a cōtradictionib; populorū. pro quo tamē beat⁹ Hie-
ronym⁹

CAP. TERTIVM.

onym⁹ trāstulit populi mei, denotās, qđ dictio hammi sit
nōmē cōpositū cū pronoe primæ psonæ in numero sin-
gulari. Sed clari exemplū est illud. 2.Regū.23.vbi dicitur
רַא שְׁנָיו לְחִילָשִׁי i.princeps ducū exercitus. Exemplū secundi
Hiere.22. קָרְבָּנִים לְחִילָשִׁי hoc est, qđ aperuit sibi fenestrās,
vbi dixit challonat pro challonim. Itē est alia exceptio, qđ
aliquādo haec noīa mutat mem finale in nun. vt Eze. 4.
קָרְבָּנִים קָרְבָּנִים לְחִילָשִׁי i.accipit tibi tritica. & Danie.12.
קָרְבָּנִים קָרְבָּנִים לְחִילָשִׁי i. in fine dierū. Illud quoq; notādū, esse quædā noīa dua
liter, aut pluraliter declinata in.im.desinētā, qđ carēt nume-
ro singulari, cuiusmodi sunt, quæ sequuntur חִילָשִׁים i.e. vitæ
מְכֻנְנִים מְכֻנְנִים לְחִילָשִׁים i.e. stathera aquæ
brachæ forcipes פְּנִים פְּנִים לְחִילָשִׁים i.e. meri
dies חִילָשִׁים חִילָשִׁים לְחִילָשִׁים i.e. molç שְׁלָמִים i.e. coeli &c. Et i huiusmodi noīb;
pluraliter declinatis etiā intelligitur numerus singularis,
nisi eis adiungatur adiectiū, verbū aut participiū determi-
nans certū numeri. vt Psal.95. לְבָרִים וְבָרִים i.e. aquæ multæ,
vt Genesis.18. בְּנֵי נָצְרָא לְבָרִים i.e. parū aquæ. Sunt educto alia
noīa, quæ carēt numero plurali cuiusmodi sunt, qđ sequuntur
& fortasse alia plura בְּרָה i.e. granū חִילָשִׁים i.e. mēsura
i.calor קָרְבָּנִים acetum קָרְבָּנִים vinum קָרְבָּנִים luna
faba קָרְבָּנִים frigus קָרְבָּנִים sol קָרְבָּנִים mēndus. Et licet in sacra scriptura nō repertatur plu-
ralis numerus istorū nominū, posset tamē in eis formari
pluralis ex singulari secundū regulas superiō datus obser-
vato genere nominis. Nominā etiā propria hominū, & lo-
corum carent numero plurali. vt אֶבְרָהָם קָרְבָּנִים abraham
babylon. Nominā etiā desinētia in. uth. non habent
G 2 in

UNIVERSITAD
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

in vsu numerū pluralē, quamq; possim⁹ illud formare, si opus fuerit. vt **רָגְבָּה** . i. superbia **תַּדְבִּיר** . i. iuuentus **כְּפָמָת** . i. verecundia **תַּלְבִּישׁ** . i. humilitas, & in his quia foeminina sunt, pluralis numerus terminatur in. oth. præcedente littera iod. vt **תַּרְבִּחָנָה** . i. superbia **תַּדְבִּירָה** . i. iuuentutes.

Cap. quartum de casibus nominum.

Sermo hebraicus præter cōmūnū vsum latinorū, & Græcorū non variat casus nominū per terminations, quandoquidē omne nomen hebræū est indeclinabile per omnes casus, excepta differentia numeri singularis, & pluralis, de qua superiorū dictum est. Ad cognoscendū ergo in quo casu ponitur quodlibet nomen in serie orationis hebraicæ ponuntur tres regulæ principales.

Clara regula est per constructionem nominis cum verbo, vel nominis cum nomine. Nam si nomen adiungatur verbo in ratione suppositi, est nominativi casus, si vero in ratione appositi vel personæ patientis, est accusativus, vel alterius obliqui casus. exemplū **אֶלְעָשֵׂר** idest vir comedit panem. clarum est quia **שָׁמַיִם** est nominativus, & **בְּלִי** est accusativus. Sed si nomen substantiuū adiungatur nomini substantiuī, primum eorum est nominativi casus, & regit post se alterum in casu obliquo, scilicet genitivo, vel aliquo alio. exemplū **בְּנֵי דָוִיד** idest salomon filius dauid. clarum est, quod **בְּנֵי** est nominativus, & **דָוִיד** est genitivus. Et sic de aliis.

Ad proportionem huius præteriti variantur omnia præterita omnium conjugationum, & etiam in verborum irregularium tam in voce activa, quam in passiva, quia omnia similes habent terminations in personis huius præteriti, licet habeant varia principia in diuersis verbis & conjugationibus, que principia semper sunt retinenda in toto præterito. Aduerendum autem, quod semper in hac conjugatione prima verbi positio habet accentum in ultima syllaba, excepto quando post ipsam immediate sequitur dictio monosyllaba vel dictio, que habet accentum in principio, quia tunc etiam hac prima positio habet accentum in prima syllaba. Exemplum primi ponitur Numeri.27. יְהִי וְשָׁלֹא id est & interrogabit eum. Exemplum secundi Genesim primo לְיִלַּחֲדֵךְ id est vocavit noscum Illud quoque est notandum, quod quando prima littera huius verbi vel media est aliqua istarum quatuor בְּקָרָתִים gutturalium, que debet scribi cum seuia, tunc ille punctus vertitur in vocalem, a. scilicet cameq; vel pha, vt אֶרְכָּתִים id est dilexitis. similiter בְּרָהָה id est elegit fœmi. Et hanc regulam est generalis & obseruanda in

CAP. SEPTIMVM.

In omnibus modis temporibus & personis, in quibus istæ casus occurrerit. Præter hunc est alijs casus, vbi seua vertitur in vocalē, a. scilicet cameq; cum accētu hoc est, quando tale verbum ponitur in fine clausulae, etiam si ibi non fuerit aliqua littera gutturalis. vt Numeri nono תְּאַגְּדָעַנְאַתְּ id est custodiā domini custodiebunt. & Iudicum nono נְתַחֲנָה תְּלִבְנָה id est lac dedit. Tertia præterita persona pluralis huius præteriti aliquando accipit nūn in fine. vt Deutero.8. אַתְּ אַתְּ בְּאַתְּ id est que non cognoverunt patres tui. Præteritum autem imperfectum & etiam plusquam perfectum indicatiui modi apud Hebraeos non habentur, sed loco eorum ponitur hoc præteritum perfectum, vnde ad cognoscendū tale verbu cuius horū triū temporū sit, sensus orationis est requiriēdus, & ex constructione tolletur ambiguitas. vt Gen.37. אַתְּ בְּאַתְּ יְסַבֵּרְךָ id est amabat ioseph. vbi ponit amauit pro amabat. Et similiter potest ponī p amauerat.

PResens indicatiui hebrei non habet proprium, sed circuloquuntur ipsum per participium a prima verbī positione formatum mutata prima vocali in. o. estque simile nominis adiectivo tam in genere, quam in declinatione, & huic participio adiunguntur pronomina primitiuā superius dicta ad distinguendas personas huius temporis.

C Participium est hoc.

Que visitat. בְּקָרָה Qui visitat.

Que visitat. בְּקָרָתִים Qui visitat.

Presens indicatiui modi hoc modo conficitur ex praedictis, in quo iam modo latinorum psonas ordinamus.

E 4. Fœ-

VIVELICET
AD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

¶ Feminina.	Masculina.	
אֲנִי פָּקַד	אֲנִי פָּקַד	Ego visito.
אַתָּה פָּקַד	אַתָּה פָּקַד	Tu visitas.
וְהִוא פָּקַד	וְהִוא פָּקַד	Ille visitat.
¶ Plurali numero.		
אֶלְחָנוּ פָּקַדים	אֶלְחָנוּ פָּקַדים	Nos visitamus.
אַתָּה פָּקַדים	אַתָּה פָּקַדים	Vos visitatis.
וְהֵם פָּקַדים	וְהֵם פָּקַדים	Illi visitant.

Aliquando tamen in hac compositione præponitur participium pronominis. vt Hieremias primo שׁוֹקֵד אָנָּי idest vigilo ego , & hoc etiam in aliis coniugationibus reperitur. Rememoranda est hic etiam, exceptio de qua tuor litteris gutturalibus, propter quas seu mediae litterae gutturalis vertit in cameç vel patha, vt יְהִי וְעַקְבִּים idest qui clamant צְעֻקוֹת idest qui clamant. Cum vero præmissa positione verbi littera finalis fuerit chet sine haïm, tunc in participio generis masculini numeri singularis illa littera subscriptitur cum patha vocalia. vt לְבָנָה qui fuit יְמִינָה qui audit . Genus vero femininum eiusdem numeri hoc modo scribitur בָּרָהּ שָׁוֹבֵת id est in aliis coniugationibus in simili casu, sed hoc est verum modo littera substantialis media non subscriptatur cum puncto vocali. a. quia tunc chet vel haïm finalis non subscriptur cum patha, sed colligitur ad syllabam præcedentem, & generaliter quando præcedit quicunque aliis punctus alterius vocalis ab , a. tunc punctus vocalis . a. subscriptus prædictis duabus litteris debet prius proferri quam littera . vt Psal. 93. יְהִי יְמִינָה idest qui plan-

tat

CAP. SEPTIMVM.

tat aurem . Et quando participium generis feminini numeri singularis ponitur in fine clausulae, tunc littera substantialis media debet subscripti cum cameç loco çegol. vt Iosue. 2. וְיַחֲזֵקְהָ רִיאָה idest in muro illa habitabat. Nōiunquam etiam participium masculini generis numeri singularis definit in vocali. vt Genesis. 49. אַסְרֵי לְבָנָה idest qui alligat ad item . & Deutero. 33. שָׁבְנֵי כָּנָה idest qui habitat in rubo , vbi ponitur oçri pro oçer, & socrni pro sochen. Et hoc modo in aliis multis. ¶ Notandum denique, quod in verbis primæ coniugationis, quæ in prima verbi positione definitur in vocali. e. velo. ipsamet prima verbi positio est participium. Ideo in talibus nulla est differentia præteriti & presentis. Exempla superius posita sunt, vt אָנָּי idest ego volo אָנָּי idest ego possum. Per hoc etiam participium presentis suppleri cosuevit præteritum imperfectum indicatiui modi adiecto sibi præterito perfecto verbi substantiū, vt אָנָּי הַלְוִיתִי פָּקַד idest ego fui vel eram visitans provisitabam, aliquando etiam subtiliter in hoc casu verbum substantiuim, vt etiam superius diximus.

Futurū indicatiui modi in omnibz coniugationibz, & etiā in verbis irregularibz designat p has quattuor litteras אַיִלְלָה. in principio personarum positas super tres litteras substantiales verbi præteriti, & subscriptur istae quattuor litteræ additæ in prima coniugatione cum punto vocali chiriq , excepto aleph quod subscriptur cum çegol ad faciendam differentiam primæ & tertiae personarū huius futuri in numero singulari, nam aleph est nota

AD
DE SALAMANCA

70
71

SECVNDI LIBRI

¶ primæ personæ singularis. Nun primæ pluralis. Tertia est signum secundæ personæ in utroque numero. Iod ter tiae similiter in utroque numero. Et in hoc etiam futuro terminaciones primæ personæ tam in numero singulari, quam in plurali sunt indifferentes in genere masculino & feminino, in aliis personis genera variat. quod in aliis quoque conjugationibus & in verbis irregularibus observatur. Primæ insuper personæ utriusque numeri in hoc futuro plerunque recipiunt he in fine, licet aliquando si ne ea littera scribantur. Et ordinamus hic personas modo latinorum.

¶ Tempore futuro.

¶ Fœminina. Masculina.

תְּפִקְדָּר	אַפְקָדָה	Visitabo mas. vel fœm.
תְּפִקְדָּר	תְּפִקְדָּה	Visitabis.
תְּפִקְדָּר	יְפִקְדָּה	Visitabit.
¶ Plurali numero.		
תְּפִקְדָּרִנְהָ	גְּפִקְדָּרִנְהָ	Visitabim⁹ mas. vel fœ.
תְּפִקְדָּרִנְהָ	תְּפִקְדָּרִנְהָ	Visitabitis.
תְּפִקְדָּרִנְהָ	יְפִקְדָּרִנְהָ	Visitabunt.

Et in hoc futuro secunda persona singularis generis masculini, & tertia singularis fœminina in voce non differunt, sed in sensu, que differentia ex contextura cognoscitur. Secunda quoq; & tertia plurales in genere fœminino sunt similes in voce, & dissimiles in sensu ex contextura cognoscendo. Aduertendum tamen, quod in omnibus personis masculinis numeri singularis huius futuri, & etiam in prima plurali masculina contingit sibi punctum vocaliæ mediae litteræ, scilicet cholem mutari in

CAP. SEPTIMVM.

In cameç, scilicet quando post taliem personam immedia te, sequitur dictio monosyllaba vel dictio habens accentum in principio, sed tunc ille punctus cameç proferri debet, ut cholem. vt Psal. 88. לְזֹבֵר יְמֻנָּה idest feruas ho illi misericordiam meam, ubi licet scribatur esmar debet legi esmor. Idem quoque pūctus medie litteræ substantialis, scilicet cholem mutatur sibi in vocaliæ. maxime quando littera media vel finalis verbi est gutturalis. Exemplum primi יְמֻנָּה idest volet. Exemplum secundi פְּנַיְם idest clamabo. Exemplum tertii יְמֻנָּה idest audiū. Et in fine clausule seu litteræ medie vertitur in cameç vel in cholem, datoquod sibi nulla sit littera gutturalis, & in eadem syllaba collocatur accentus, hoc idem sepe contingere solet etiam, quando non est finis clausule. Hoc patet in his exéplis אֲפָקָדָה אַפְקָדָה : תְּפִקְדָּר אַפְקָדָה : תְּפִקְדָּר תְּפִקְדָּר et eodem modo diceretur in tertia psona plurali. Et quādo prima littera substancialis verbis est haec vel chet, tuc aleph primæ psonæ & illa littera prædicta scribuntur cū cegol, vt וְעַבְרִי .trafibō, in aliis vero personis eadem duæ litteræ scribuntur cum vocali. vt בְּעַבְרִי .trafibis. Et in verbis quorū prima littera substancialis est aleph, litteræ accidentales huius futuri scribuntur p punctū cholem, vt אַלְכָל i. comedā פְּנַיְם i. dicā. Verū in hoc casu prima psona nō debet scribi nisi cū vñico aleph ppter coincidēt & euphoniam, in aliis vero psonis aleph substancialis verbi ponitur ociosa, licet scribatur, vt אַלְכָל i. comedes פְּנַיְם i. dices. Sunt tamē quædam huiuscmodi verba in quib⁹ prima psona pmititur habere duo aleph iuncta,

VILLENA
DE SALAMANCA

CAP. SEPTIMVM.

רְאֵלָה מִן רַיְצָה idest & nubes ascendebat de terra . pro quo nostra translatio habet , & fons ascendebat de terra.

¶ Imperatiuomodo tempore praesenti.

I Mperatiuus modus hebraice dicitur צְרוּ מְנֻעָם idest man datum: & nou habet nisi tempus praesens , in quo so las secundas personas vtriusque numeri habet . nam aliae psonae huius temporis supplerent per futurū indicatiuus supra dictū. Praesens ergo imperatiuus formatur ad hunc modū.

¶ Foemina. Masculina.

פְּקָדֵר vel פְּקָדֵר פְּקָדֵר Vista.

פְּקָדֹת vel פְּקָדֹת פְּקָדֹת Visitate.

Et possent variari tres ultimæ personæ huius imperatiuus , idest foemina singularis , & masculina ac foemina pluralis tribus modis , secundum varietatem secundæ persona singularis masculine eiusdem praesentis , hoc modo .

פְּקָדֵר vel פְּקָדֵר Foemina singularis.

פְּקָדֹת vel פְּקָדֹת Masculina pluralis.

פְּקָדָה vel פְּקָדָה Foemina pluralis.

Et hoc plerunque contingit in fine clausularum . Eadem quoque secunda persona singularis masculina potest recipere he in fine , & hoc tribus modis . Primo si littera substantialis prima subscribitur cum punto chiriq , & ultima cum camec sive patha , vt Genesis . 39 . שְׁבֵבָה עֲשֵׂה idest dormi mecum . Secundo quando littera substantialis prima scribitur cum camec proferendo vt cholem . vt Neemias . 13 . זְכִירָה לְרַאֲלֹהֶר idest recordare mei deus meus . Tertio cum eadem littera prima subscribitur cum seu , vt Danielis . 9 . יְהֹוָה שְׁמַעְהָ הַזֹּה סְלָה . idest do mine

SECUNDI LIBRI

intacta , & utræque scribit cū çegol , vt קְסֹטָא . cōgregabo . In hoc tamen verbo לְבָל idest potuit omnes litteræ ac cidentales futuri subscriptiuntur cum pñcto sureq , & hoc fit discretionis gratia ad futurum huius verbi לְבָל idest comedit , vt לְבָל idest potero לְבָל poteris . Nōnumq̄ etiam secunda & tertia persona plurales generis masculini , atque secunda singularis generis foemini accipiunt in fine litterā nun , hoc modo תְּפָרְדוֹן וְפָרְדוֹן . que regula etiam seruit in aliis conjugationibus tam in voce activa , quam in passiva . ¶ Aduertendum autem , quod in omnibus conjugationibus ac etiam in verbis ir regularibus , quando personis huius futuri preponitur littera vau coniunctiva , idest quæ est coniunctio , et tunc futurum vertitur in præteritum , vt וְפָקָד idest & visitavit , excepto quando littera vau subscriptur cum seu vel chiriq , quia tunc non mutat futurum , vt וְפָקָד idest & visitabit . Et vice versa quando eadem littera vau preponitur personis præteriti cum quolibet puncto vocali præteritum vertitur in futurum , vt שְׁפָר idest & custodiet præterquam in prima persona singulari in cuius littera substantiali media collocatur accentus , quia tunc non mutatur præteritum . vt Osee . 12 . וְדָבָרִי עַל הַבְּרִיאִים idest & locutus sum ad prophetas , sed si eadim prima persona haberet accentum in ultima syllaba , tunc littera vau ei adiecta predicto modo mutat præteritum in futurum . vt Exodus . 12 . וְעַבְרָתִי בְּאֶרְץ מִצְרָיִם per terram ægypti , per hoc etiam futurum potest suppleri præteritum imperfectum indicatiuus , vt Genesis secundo וְאַד idest

VINCIENS
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

mine audi domine parce. Secundæ quoque personæ singularis foeminae littera substantialis prima aliquando habet cameç proferendum quasi cholem. vt Iudicum. 9. **בְּלִיכָּרִי עַלְיוֹנָה** idest regna super nos . Et quando primæ positionis verbi littera substantialis prima vel media fuerit gutturalis, tunc persona foemina singularis, & masculina pluralis possunt habere primas duas litteras cum patha , vt **בְּלִיכָּרִי עַלְיוֹנָה** idest fac foemi. **גַּעֲזָה** idest facite masculi . nonnunquam etiam in masculino plurali utraque dictarum litterarum subscribitur cum çegol , hoc modo **אֶתְּנָבָן אֶתְּנָבָן** idest amate גַּעֲזָה idest comprehendite . Et in secunda persona singulari foeminae aliquando prima litera substantialis scribitur cum cameç chateph proferendo vt cholem. vt Hieremias. 22. **בְּצָעָקָרִי** idest clama , aliquando etiam he finalis in secunda plurali foeminae deficit . vt Ruth primo **בְּרוּאָנָה לְיִם** idest vocate me amaram . In eodem quoque verbo qara littera substantialis prima aliquando venit cum punto chiriq & non finalis colligitur ad vocalem precedentem. vt Exodi secundo **לְרָאָנָה** idest vocate eum . In verbis deniq; pri me configurationis quorum prima positio definit in. e. vel o. sequente consonante , eadem vox est præteriti & imperativi . vt Genesis. 29. **בְּאֵת שָׁבָעָה** idest imple septimanam huius . Futurū vero imperatiui in omnibus coniugationibus supplendum est per futurum indicatiui modi superiorius expressum . **¶** De infinitiuo & gerundiis.

Infinitius modus apud Hebreos dicitur **בְּנֵךְ** idest origo vel fons , quoniam ab illa eius significatione confusa

CAP. SEPTIMVM.

confusa sumitur significatio determinata aliorū temporū & personarū . vnde & caret determinato numero genere & persona . & in voce assimilatur secundæ personæ singula ri masculinæ imperatiui modi, vt **בְּפָקָד בְּפָקָד** idest visitare . Et hic infinitius aliquando pónitur seorsum solum, aliquando adstingit verbo præterito aut futuro, & tūc equiualeat participio. vt Genesis. 50. **בְּפָקָד בְּפָקָד** idest visitans visitabit . Itē Exodi. 5. **בְּפָקָד בְּפָקָד** idest visitans vi sitavit . Aliquādo etiam cōponitur cum articulis vel præpositionibus, & tunc equiualeat nostris gerundiis . Præpositiōnes sunt istae **בְּלִיכָּרִי** quibus subscribitur punctus chiriq . Vnde supplemus gerundia in hunc modum .

בְּפָקָד In visitando.

כְּפָקָד Cum visitando.

לְפָקָד Ad visitandum.

מְפָקָד De visitando.

Et quando littera substantialis prima est gutturalis, litteræ istæ scribuntur per çere vel çegol, vt **לְאַמְרָה** idest dicendo **לְאַסְרָה** idest ligando . In quarto gerundio ponitur dagues in littera prima substantiali propter defectum litteræ nun , que ibi deficit . Hebrei tamen hæc gerundia per infinitium proferunt , vt in visitare , de visita re , ad visitare &c . Nonnunquam etiam hæc gerundia recipiunt he in fine , & tunc littera substantialis prima subscribitur per cameç proferendum vt cholem , & chiriq litteræ accidentalis saepius vertitur in seu , excepta littera mem . vt Exodi. 36. **לְבָרְבָה אֶל הַפְּלָאָה** idest ad accedendum ad opus, vel vt accederet operi .

Aliqui

UNIVERSITATIS
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

Aliquando etiam veniunt cum chiriq' in ultima syllaba ut Psal. iii. לְהַשֵּׁתִי idest ad habitandum cum principibus, vbi debuerat scribi solum לְהַשִּׁיב Per hunc etiam infinitiu[m] cum his duabus litteris accidentibus suppleri solet subiunctiu[m] modus: mutato se uia prime littera substantialis in cholem, & subscriptis litteris accidentalibus per seu, & addita terminatione pronominis derivatiui singulis personis, hoc modo.

¶ Fœminina Masculina.

בְּפֶקְדָּי	Invistido me i. cū visite mas. v'l fœ.
בְּפֶקְדָּךְ	Cum visites.
בְּפֶקְדָּתוֹ	Cum visitet.

¶ Plurali numero.

בְּפֶקְדָּנוֹ	Cū visitem⁹ mas. vel fœ.
בְּפֶקְדָּם	Cum visitetis.
בְּפֶקְדָּם	Cum visitent.

Est aliud modus supplendi subiunctiu[m] modum, scilicet anteponendo has duas coniunctiones temporales verbo præterito vel futuro. Exemplum primæ, vt Genesis. 12. בְּאֶתֶּר רָקְרִיב לְבוֹא מִצְרַיִם idest cum accederet, vt ingredieretur ægyptum. Exemplum secundi ibidem paulo post בְּרִאָו אֶתֶּר בְּמִצְרַיִם idest cum viderint te ægyptii, sed iste coniunctiones alias habent significaciones, de quibus infra in suo loco dicem⁹.

¶ De optatiuo. ¶ Carent etiam hebraei optatiuo modo, circuloquuntur tamen ipsi per præteritum & futurū indicatiui antepositis his duobus aduerbiis optandi hoc est utinam. Exemplum primi, vt Esaiæ

cap.

CAP. SEPTIMVM.

cap. 48. לְוַיְקַשְׁתָּה idest utinam audiuisses. Exemplum secundi, vt Psal. 118. וְאֶתֶּלְיוֹן idest utinam diligantur viae meæ. ¶ Nota regulam generalem, quod in omnibus conjugationibus & vocibus verborum tam regularium, quam irregularium, imperatiui sequitur terminations futuri indicatiui. & infinitiu[m] semper est eadem vox, que fuit secunda persona singularis masculina imperatiui.

¶ De voce passiva.

Vocis passiuæ præteritum indicatiui modi formatur ab alio præterito vocis actiue addita littera nun in principio cuiuslibet personæ subscripta cum puncto chiriqu, & mutato cameç prima littera substantialis in seu, & personæ habent easdem terminations quas & in voce actiua, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

נְפָקְדָּה	Visitatus est vel fuit.
נְפָקְדָּת	Visitatus es vel fuisti.
נְפָקְדָּתִי	Visitatus vel. ta. sum vel fui.

¶ Plurali numero.

נְפָקְדָּנוֹ	Visitati estis vel fuistis.
נְפָקְדָּנוֹן	Visitati vel. te. sumus vel futim⁹.

Tamen in fine clausulæ seu litteræ substantialis media vertitur in cameç cum accentu, hoc modo נְפָקְדָּג נְפָקְדָּת. Item si littera verbis substantialis prima fuerit gutturalis, tunc in omnibus personis eadem littera sufficiat & nun accidentalis subscripta per çegol. vt Genesis. 22. נְפָקְדָּנָה idest apprehensum in vepribus. Et ali

F quādo

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

quando littera nun scribitur cum patha . vt Genesis . 31 .
לְפָה נִתְאַת idest quare absconditus es.

¶ Præsens tempus huius vocis & modi suppletur per participium vocis passiuæ, quod est simile tertia per sonæ singulari, præteriti vocis passiuæ, eorum tamen differenti cognoscitur vel per costructionem & sententiam litteræ , vel per scripturam , quia littera substantialis media in preterito subscriptur cum pathach, quando non est finis clausulae, in participio vero cum cameç nisi conseruat cum genitivo. Participium vero est huiusmodi. נְפָקֵד q. visitata est נְפָקֵד q. visitat⁹ est. נְפָקֵדות q. visitati sūt נְפָקֵדים q. visitate sūt.

¶ Ex hoc autem participio adiunctis pronomiisbus primitius conficitur præsens indicatiui modi vocis passiuæ , quemadmodum in voce actiua dictum est . vnde non opus est exemplo. Rememoranda est hic etiam exceptio præcedens de litteris gutturalibus . & ratio eius est quia litteram guttularem non potest præcedere chirkq cōmuniter. vt Numeri.12. אֶלְעָזָר idest fidelis ille . Et aliquando littera substantialis media participii masculini pluralis scribitur cum sua loco cameç . vt Hester primo שְׁנָיו idest qui inueniunt sūt in suis. Aduentum hic, quod tercia persona singularis feminina præteriti quando est finis clausulae , & feminina præsentis participii non differunt nisi in accentu , quoniam quando est vox præteriti habet accentum in penultima syllaba , vt נְפָקֵדah sed quando est participium siue præsens tempus habet accentum in ultima , vt נְפָקֵדah vnde

Psal.

CAP. SEPTIMVM.

Psal. 50. dicitur נִשְׁבְּרָה לְפָתָן . i. spiritus cōtribulatus &c
¶ Tempus futurum indicatiui modi vocis passiuæ, etiam recipit illas quattuor litteras נְפָקֵד scriptas cum eiusdem punctis vocalibus sicut in voce actiua , sed quia non ponitur littera nun accidentalis sicut in præterito huius vocis passiuæ , ideo littera substantialis prima habet duas ad supplendum nun , hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפָקֵדָה	אֲפָקֵדָה	וִסְתָּבוֹר	מָסְכָּל וְלֹפֶת
תְּפָקֵדָה	תְּפָקֵדָה	וִסְתָּבוֹרִיס	מָסְכָּלִיס
תְּפָקֵדָה	תְּפָקֵדָה	וִסְתָּבוֹרִת	מָסְכָּלִית

¶ Plurali numero.

תְּפָקֵדָה	נְפָקֵדָה	וִסְתָּבוֹרִים וְלֹפֶתִים	מָסְכָּלִים וְלֹפֶתִים
תְּפָקֵדָה	תְּפָקֵדָה	וִסְתָּבוֹרִינִים	מָסְכָּלִינִים
תְּפָקֵדָה	תְּפָקֵדָה	וִסְתָּבוֹרִינִת	מָסְכָּלִינִת

Et insine clausulae seu littera substantialis media vertitur in cere cum accentu in eadē littera, hoc modo תְּפָקֵדָה תְּפָקֵדָה . Et aleph primæ personæ aliquando recedit chirkq . vt Exodi. 14. אֶלְעָזָר idest honorabor in pharaone . Et quando prima littera substantialis fuerit gutturalis siue res, tunc litteræ accidentales futuri subscrībuntur cum cere, quia vt dictū est: pūctus chirkq nō potest precedere litterā guttularem. Exemplū primum . vt Gen. 42. אֶלְעָזָר idest ligabitur in domo custodie vestre . Exemplū secundū . vt Pronuerbiorū. 22. פָּתָן רְחוּבָת אֶלְעָזָר idest in medio platearū occidat . Nō nunquā etiam cere littera substantialis media vertitur in cameç vel patha, maxime quādā pria littera fuerit gutturalis vel res.

F 2 Ex.

DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

Exemplum primi. ut Numeri. 16. **וְעַתָּה** **רִאשְׁתָךְ** idest cessavit pestilentia. Exemplum secundi ut Ionae primo **וְעַתָּה** **וְשָׁבֵךְ** idest & accubuit & dormiuit. Et quando uictima verbi littera fuerit hain aut chet, ipsa scribitur sub iecto patha, hoc modo **וְעַתָּה** idest audietur **יְבֹלָה** idest aperietur. Et in hoc casu etiam cere litterae mediae vertuntur in patha, dum modo non sit finis clausulae. ut quarto Regum secundo **וְעַתָּה** **אֶלְקָרְטָמָן** idest antequam tollatur a te. Et in voce feminina plurali plerunque littera substantialis media scribitur cum vocalia. ut Psalmi. 36. **וְעַתָּה** **וְעַתָּה** idest & arcus eorum confringatur.

¶ Imperatiuo modo.

¶ In hac voce passiva sicut in actiuu imperatiuus non habet, nisi secundas personas vtriusque numeri praesentis temporis. & formatur a secundis personis masculinis precedentis futuri mutata thau in he cum puncto chiriq, & littera substantialis prima habet dagues ratione iam dfa, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

וְעַתָּה **רִפְקָדָה** Visitare aut visitatus sis.
וְעַתָּה **רִפְקָדָה** **רִפְקָדָה** Visitarimi aut visitati sis.

Et si prima littera verbi fuerit gutturalis he scribitur cum puncto cere ratione prius dicta. ut Deuteron. 32. **וְעַתָּה** **אֶלְעָלָה** idest & apponere populis tuis. Et no*n* nunquam genus masculinum plurale accipit nun in principio. ut Hieremie. 50. **וְגַלְוֹה** **אֶלְהָה** idest venite & fungimini domino.

¶ Infinitiuo modo.

Infin.

CAP. SEPTIMVM.

Confinitius vocis passiva eadem vocem habet, quae fuit secunda singularis masculina imperatiuus eiusdem vocis passiva, ut **רִפְקָדָה** idest visitari. Et aliquando accipit nun praeteriti. ut Hester tertio סְפִירִים **וְנִשְׁלָוחַת** idest & mitti epistolam. Ex hoc etiam infinitiuo appositis illis quattuor litteris sunt gerundia vocis passiva. priuiae litterae substantialis punto non mutato, quae litterae debent subscribi per seu & mem per cere. Exempla satis patent. & in eis aliquando amittitur he infinitiuus. ut Exodus decimo **מִנְחָה** **לְעֹתָה** **מִנְחָה** idest no*n* vis subiecti mihi. ubi si no*n* de fuisset he debuerat dici **לְהַלְלָה**. Et p hoc infinitiuum etiam suppletur subiunctus vocis passiva eiusdem modis quibus in voce actiuu superius dicebatur. Optatiuus etiam suppletur in voce passiva, eodem modo per praeteritum aut futurum indicatiu, sicut dictum est in voce actiuu. Istae autem regulae cum plerisque ex superioribus sunt generales ad omnes conjugationes, & etiam ad verba irregularia. ¶ Est & aliud participiu vocis passiva huiusmodi **רִפְקָדִים** **רִפְקָדָה** visitatus **רִפְקָדָה** visitata. Hoc vero participiu vocis passiva in eo differt a participio vocis passiva superius declarato, quia illud significat per modum actus, hoc autem per modum habitus, ut niph qad, idest visitatus, paquid idest visitari solitus. ¶ Hactenus igitur de verbis actiuis & passiuis primis conjugationis, quae etiam duo sola genera verborum reperiuntur in aliis conjugationibus, & in verbis irregularibus. Aliqui tamen Hebreorum volunt ad modum latiorum distinguere

F 3 quiq

AL
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

quinque verborum genera in qualibet conjugatione. Ergo secundum eos verba neutra dicuntur illa, quae solam actionem significant, & reperiuntur aliquando in voce actiua, & aliquando in voce passiuâ, & non habent participium vocis passiuâ, sed solum vocis actiue significans quoq; actionem. cuiusmodi sunt haec נָרְבַּל הַלְּלָה idest ambulauit יִשְׁבֵּב idest habitauit נִפְלַּא idest cecidit רָצַּע idest stetit רְכֻבָּה idest equitauit. vnde in eis non dicimus participia / haluch / iasub/naphul / aamud. Sunt etiam quedam verba communia quorum participia vocis actiue aliquando significat passionem, & econtra participia vocis passiuâ significant actionem, vt בְּתַח idest confidit בְּזַבְּנָה idest confusus & confidens. Similiter נִבְשַׁע idest habitauit נִשְׁׂוֹקָן idest habitatus & habitanus. Sunt alia verba hebraica, quae latinorum moræ possunt appellari deponentia, quia habent vocem passiuâ & carent actiua. & significant actionem, vt יְבַשֵּׁנָה idest iuratus vel qui iurauit נִמְנַחָּה idest remansit sine restituâ est. Sunt alia verba quae carent participiis tam actiua quam passiuâ vocis. quorum loco ponuntur nomina adiectiva, vt קְרַבָּה idest accessit רְתַקָּה idest recessit, a quibus verbis deriuantur haec nomina adiectiva קְרוּבָה idest propinquus קְרוּחָה idest loquacius. Similiter & que sequitur nomina adiectiva vslata in sacra scriptura ponuntur pro participiis suorum verborum, quia carent eis, vt רְבָשָׁה idest robustus קְרַטָּה idest fortis קְסַבָּה idest sapiens קְבָלָה idest stultus קְרַזָּה idest iustus קְפָנָה idest parvus יְשַׁׂעַת idest malus. Deniq; hoc verbum נִכְלָה idest potuit ne que

CAP. OCTAVVM.

qui habet participium actiue neque passiuâ vocis neque nomen adiectivum quo possit suppleri, ideo in eo ponitur tempus præteritum pro præsenti. ¶ Sed hæc ultima notabilia magis faciunt ad bonitatem & perfectionem lingue hebraicæ, quam ad necessitatem artis.

¶ Capitulum octauum de secunda
verborum conjugatione tam in
voce actiua quam in passiuâ.

Secunda verborum hebraicorū coniugatio est etiam trium litterarum vt prima coniugatio, harum tamen prima subscriptur cum puncto chiriq, secunda cum cere vel patha, & nonnunq; cum çegol, vt קְרַבָּה vel בְּקָרָב & littera media habet dagues, excepto quando fuerit aliqua gutturalium vel res, quæ non recipiunt dagues, & tunc prima verbi positio utroque modo prædictorum scribi potest. Litera quoque prima & secunda scribi possunt cum pucto cere. vt Deutero primo בְּאֵת תִּהְנֹרָה idest declarauit legem. Et in eodem casu potest scribi litera prima cum cere, & media cum patha. vt Genesis. 24. בְּרַךְ אֶת אֶבְרָהָם בְּרַךְ אֶת אֶבְרָהָם idest benedixit abraham. Sunt autem qui dicant, quod ideo littera media huius coniugationis habet punctum dagues, vt per illud suppleatur desse etius littera id est oclofa, quæ ibi deberet ponî post punctum chiriq secundū rationem bonæ orthographie, sed ali dicunt quod nunq; dagues supplet littera oclofam, & quod iste puctus est naturalis huic coniugationi ad denotandum vehementiam actionis de qua superioris dicti est. Sensus huius coniugationis in omnibus modis temporis

F 4 rib'

VINCIENZA
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

bus & personis tam in voce actua, quam in passiuâ est penitus similis sensu prime conjugationis, excepta vocis differentia & significationis vehementia.

¶ Secunda conjugatione actua
voce tempore præterito.

¶ Fœminina Masculina.

בְּקָרָה בְּקָרָן Visitauit,
בְּקָרָת בְּקָרָת Visitasti.

בְּקָרָה בְּקָרָת Visitauit masculū, vel fœmi.

¶ Plurali numero.

בְּקָרָו בְּקָרָו Visitauerunt masculū, vel fœmi.

בְּקָרָת בְּקָרָת Visitastis.

בְּקָרָנוּ בְּקָרָנוּ Visitauimus masculū, vel fœmi.

Et notandum, quod in fine clausulae seu litteræ substantialis mediæ vertitur in cere, & in eadem collocatur accentus. vt Deutero. 5. דָבָר אֲשֶׁר idest quod locuti sunt. Aliquando etiam in prima verbali posizione veniunt due litteræ gutturalis iunctæ in principio & vtraque subscripta cum segol. vt Iudicum. 5. בְּרוּ עַחֲרֵי פְעֻמִי מִכְבֹּתִיר. idest quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. Item aliquando haec conjugatio reperitur scripta sine dagues litteræ mediae. vt Ezechiel. 9. וּמְלֹא אַתָּה חַצְרוֹתָה. idest implete a tria. ¶ Tempore presenti.

Ræsens indicatiuî modi, quod in omnibus conjugationibus hebraicis per participia vocis actiuâ aut passiuâ suppleri solet, plerique in hac secûda conjugatione, & in aliis sequentibus venit cū littera mem addita in principio, & in hac secûda conjugatione subscribitur cū sua. vt Fœ-

CAP. OCTAVVM.

¶ Fœminina. Masculina.

מִפְקָדָה מִפְקָדָה Qui vel quæ visitat.
מִפְקָדָת מִפְקָדָת Qui vel quæ visitant.

¶ Ex hoc autem participio formantur omnes personæ temporis praesentis sicut in prima conjugatione dictum est. Et in fine clausulae littera media in genere fœminino numeri singularis plerique venit cum cere, & in ea nō, nunquam accentus collocatur, vt מִפְקָדָה idest quæ visitat, & participium definit in littera thau scribitur, hoc modo מִפְקָדָת Item quando participium masculinum numeri singularis iungitur pronomi니 aliquando littera substantialis media scribitur cum puncto chiriq, vt Leuitici. 21. סְמִינָה מִפְקָדָת idest qui sanctificat vos &c.

¶ Tempore futuro.

In omnibus conjugationibus personæ futuri indicati ui modi veniunt cum illis quattuor litteris אַיִלְעָן vt alias dictum est, sed earum puncta variantur. In hac ergo secunda conjugatione predictæ litteræ subscripte cū seu, preter aleph primæ personæ singularis, quæ causa differentiæ ad vocem similem in prima conjugatione in voce passiuâ scribitur cum patha, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

אַפְקָדָה אַפְקָדָה vel Visitabo mas. vel fœ-
תִּפְקָדִי תִּפְקָדִי Visitabis,
תִּפְקָדָךְ תִּפְקָדָךְ Visitabit.

¶ Plurali numero.

גִּנְפָּקָדָה גִּנְפָּקָדָה vel Visitabimur masculū, vel fœmi.

VIII

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

Visitabitis. תְּפִלְבָּדָה תְּפִלְבָּדָה
Visitabunt. תְּפִלְבָּדָה תְּפִלְבָּדָה

Et in fine clausulæ seu litteræ medie vertitur
in ḡere & in ea ponitur accentus , vt אַפְלָדָה que re-
gula etiam obseruatur in omnibus coniugationibus .
Alia tempora indicatiū modi in hac secunda coniugatio
ne supplenda sunt , eo modo quo in prima dictum est.

¶ Imperatiuo modo tempore praesenti.

¶ Fœminina. Masculina.

Visit. פְּקָדֵי. פְּקָדָה Visitate. פְּקָדָה
Visitatus. פְּקָדָה Visitata. פְּקָדָה

Altæ persona huius presentis supplentur per futurū
indicatiū modi in orīnb⁹ cōiugationibus , & semper im-
peratiuū caret futuro , sed suppletur etiam per futurum
indicatiū . Aliquando vero in secunda persona singula-
ris numeri generis masculini venit littera media cum pa-
tha. vt Psalmo.54. בְּלֹעַ הַתָּה פְּלֹג לִשׁוֹנָם idest præci-
pita domine diuide linguam eorum. &c.

¶ Infinitiuo modo idest visitare . Aliquando
tamen in hoc modo littera media venit cum cholem . vt
Psalmo . n⁹. יְסַרְנֵי רָה idest castigare castigant
me dominus . Aliquando etiam littera prima scribitur
cum ch̄iq. vt Leuitici . 14. אַחֲרֶל נָתַן אֶת הַאֲבָנִים idest
posteaquam eruti fuerunt lapides . Ex hoc etiam
infinitiuo supplentur gerundia , & subiunctiū modus
vt in prima coniugatione dictum est , subscriptis litteris
accidentalibus in principio per seua , excepta mem que-

scit

CAP. OCTAVVM.

scribitur cum ch̄iq. Et aliquando haec gerundia reci-
piunt litteram he insine . vt Leuitici . 26. לְשָׂרֶה אֶת חַבְּמָם idest ad castigandum vos.

¶ Passiva voce. indicatiuo
modo. tempore præterito.

In hac voce passiva secundæ coniugationis fere semi-
per littera substancialis prima in omnibus modis & tem-
poribus subscripta scribitur per sureq , hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

Visitatus vel visitata fuit. בְּפָקְדָה בְּפָקְדָה
Visitatus vel visitata fuisti. בְּפָקְדָתָה בְּפָקְדָתָה
Visitatus vel visitata sumvel fui. בְּפָקְדָתִי בְּפָקְדָתִי

¶ Plurali numero.

Visitati vel visitatæ fuitv' fuerūt. בְּפָקְדָתִים בְּפָקְדָתִים
Visitati vel visitatæ fuitis. בְּפָקְדָתִים בְּפָקְדָתִים
Visitati vel visitatæ fuimus. בְּפָקְדָתִים בְּפָקְדָתִים

Et quando littera media est aliqua istarum quattuor
tunc sureq litteræ prime mutatur in cholem . vt
Exodi . 12. כִּי נָשָׁר מִכְּבָרִים idest quia electi fuerunt
ex ægypto , & alibi pluries . nam quando littera media
fuerit cheth , tunc illa littera potest subscripta cum sureq.
vt Ezechielis.16. וְאַתָּה תְּצַדַּקְתִּי לְאַנְגָּלִים idest in aqua non es-
lota . Et item quando littera media est aliqua quattuor
gutturalium seu eiusdem litteræ vertitur in camec . Et
idem est iudicium quando fuerit finis clausulae , sed ultra
hoc in eadem littera collocatur accentus . vt פְּקָדָה

¶ Tempore praesenti.

Præ-

VNI VERSALIA
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

Praesens vocis passiuæ in secunda coniugatione assimilatur præterito eiusdem, excepto pñcto litteræ mediae, quia in pñterito est patha, in pñenti est cameç, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפִקְדָּה וְלִפְקָדָה Qui vel que visitatur.
תְּפִקְדָּה וְלִפְקָדָת Qui vel que visitantur.

¶ Tempore futuro.

¶ Litteræ accidentales huius futuri scribuntur cñ seu, excepto aleph primæ personæ singularis quod scribitur cum patha, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפִקְדָּה	אַפְקָדָה	אַפְקָד	Visitabor mas. vel fœ.
תְּפִקְדָּה	תְּפִקְדָּה	תְּפִקְדָּה	Visitaberis.
תְּפִקְדָּה	וְפִקְדָּה	וְפִקְדָּה	Visitabitur.

¶ Plurali numero.

תְּפִקְדָּה	נְפִקְדָּה	נְפִקְדָּה	Visitabimur mas. l. fœ.
תְּפִקְדָּה	תְּפִקְדָּה	תְּפִקְדָּה	Visitabimini.
תְּפִקְדָּה	וְפִקְדָּה	וְפִקְדָּה	Visitabuntur.

In fine vero clausulae seu litteræ mediae vertitur in cameç cum accentu in eadem, vt תְּפִקְדָּר תְּפִקְדָּו

¶ Imperatiuo modo caret.

¶ Infinitiuo modo תְּפִקְדָּה vel תְּפִקְדָּה idest visitari. Cui si præponantur quattuor litteræ accidentales בְּכָלָם sicut gerundia vocis passiuæ. Et subiunctiuis modus eodem modo est supplendus sicut in prima coiugatione dictum est. ¶ Est & altius participiū passiuæ vocis, hoc modo.

Fœ-

CAP. NONVM.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפִקְדָּה מְפִקְדָּה Qui vel que visitatur.
תְּפִקְדָּים מְפִקְדָּים Qui vel que visitatur.

Et quando littera substantialis media fuerit aliqua ista rum quinque אַחֲרָךְ tunc sureq litteræ primæ vertitur in cholem. vt Deuterono. 33. קְנֵלְבָת יְהֹוָה idest benedicta domini. & cætera.

¶ Cap. nomum de tertia verborum coniugatione tam in voce actiua quam in passiuâ.

¶ Tertia verborum hebraicorum coiugatio quemadmodum, & supradictum est, appellatur תְּפִקְדָּה idest fecit facere, eo quod significet actum verbi trahere in aliam personam. quod praecipue fit in verbis tristis, vt הַפְקִיד אֶת הַחֹלֶה idest fecit visitare infirmum. unde concurrent in actu illo tres personæ, scilicet Qui facit visitare / Qui visitat / Qui visitatur. Verum in verbis absolutis solum concurrent duæ personæ, quia actus non transit in tertiam personam, vt רַעֲמִיד idest fecit stare. In hac itaque coniugatione uno verbo significantur duæ actiones, scilicet ea quæ est illius verbi, & ultra significatio huius verbi facio facit. Et aliquando verbum huius tertiae coniugationis habet solam significationem primæ coniugationis, quia non importat duos actus, sed unum. vt Numeri. 30. רַחֲמִיר idest tacuit &c. Et quando littera substantialis ultima fuerit bain sine cher, ipsa subscribitur per patha. Exemplum primi יְלִשְׁמָר idest audire fecit. Exemplum secundi לְלִשְׁמָר idest fecit proficere. ¶ Et notandum, quod in præterito vocis actiua huius coniugationis

VIR VELUTINUS
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

gationis littera sed exteritur ex medio dictions, praes-
terquam in tertis personis vtriusque numeri & generis,
hoc modo.

¶ Indicatio modo. Actua voce tempore praeterito.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפִקְרִיד הַפִּקְרִיד Fecit visitare.

תְּפִקְרִידת הַפִּקְרִידת Fecisti visitare.

תְּפִקְרִידתִי הַפִּקְרִידתִי Fecit visitare masculi vel fœ.

¶ Plurali numero.

תְּפִקְרִיד הַפִּקְרִיד Fecerunt visitare masculi vel fœ.

תְּפִקְרִידתָם הַפִּקְרִידתָם Fecistis visitare.

תְּפִקְרִידנוּ הַפִּקְרִידנוּ Fecimus visitare masculi vel fœ.

Sed quando littera substantialis prima fuerit aliqua quattuor gutturalium, tunc he in principio verbi posita, que est accidentalis, & praedicta prima substantialis debet scribi per çegol, vt **הַעֲבֵיר** id est fecit transire. Aliquando tamen obseruatur regula præcedens, quia illa prima substantialis subscribitur per seu, vt **הַעֲלִים** id est abscondit vel fecit abscondere. Est etiam in uno sacrae scripturae loco alia exceptio, scilicet quod littera he accidentalis in principio dictions posita, ubi nulla est gutturalis littera substantialis, subscribitur per çegol, vt primi Regum.25. **אֶל** id est non fecimus facere eis dedecus.

¶ Tempore praesenti.

Presens indicatio modi, vt sepe dictum est circumlo-
quitur per participium vocis actiue, quod habet
in principio litteram mem subiecto punto patha vel ca-
męç,

CAP. NONVM.

meç, & in eo abicitur littera he accidentalis, que pones-
batur in principio dictions in praeterito, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפִקְרִיד הַפִּקְרִיד Qui vel q̄ fecit visitare.

תְּפִקְרִידות הַפִּקְרִידות Quivel q̄visitare faciūt.

Et quando littera substantialis prima est aliqua quat-
tuor gutturalium illa debet subscribi cū puncto patha loco
seua, vt **מַעֲבִיר** id est qui fecit transire. Et aliquando lit-
tera substantialis media loco puncti chiriq habet cere
excluso iod. vt Psalm. 134. **מַזְאַכְרוֹתִיו** id est qui educit ventos de thesauris suis &c.

¶ Tempore futuro.

¶ Litteræ accidentales huius futuri debent subscrī-
bi cum puncto patha remoto a principio dictions he
praeteriti, & littera substantialis media habeat punctum
chiriq, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

תְּפִקְרִיד הַפִּקְרִיד Visitare faciā mas. fœ.

תְּפִקְרִידת הַפִּקְרִידת Visitare factes.

תְּפִקְרִידוּ הַפִּקְרִידוּ Visitare faciet.

¶ Plurali numero.

תְּפִקְרִיד הַפִּקְרִיד Visitare faciem⁹ m. f. f.

תְּפִקְרִידתָם הַפִּקְרִידתָם Visitare facietis.

תְּפִקְרִידנוּ הַפִּקְרִידנוּ Visitare facient.

Et quando littera substantialis prima fuerit aliqua gut-
turalium illa etiam subscribitur per patha, vt **מַשְׁׂעִיר** id est
stare

VINCI VENITUR AD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

flare faciam. Item hoc futurum aliquando recipit in principio litteram he accidentalem preteriti supradicti. ut Psal. 114. וְלֹא יִשְׁעַי idest & me salutum faciet. Aliquando etiam littera substantialis media scribitur per cere loco chiriqu, & excluditur iod ex medio. ut Genesim primo וְגָדָל אֱלֹהִים idest & diuisit deus, & alibi scriptus. Nonnunquam praeterea in numero plurali littera media scribitur cum sua loco chiriqu excluso iod ex medio. ut primi Regum. 31. וְרַקְבָּה פְּלִשְׁתִּים idest irrueruntque philistini. pro quo debuit esse etiam quod etiam sit cum cōponitur pronominis. ut primi Regum. 17. יְשֻׁלָּם הַמֶּלֶךְ idest diuitem faciet illum rex. pro quo debuit esse.

¶ Imperativo modo.

¶ Iste modus habet he in principio sicut praeteritū indicatiū, & scribitur cum patha, sed littera media in secunda persona singulari masculina & plurali feminina plerunque scribitur cum cere, & excluditur iod ex medio. In aliis vero personis eadem littera media scribitur cum chiriqu & non abicitur iod, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

vel הַפְּקִידָה Fac visitare.
הַפְּקִידָו Facite visitare.

Et quando littera media fuerit aliqua quatuor gutturalium, scribenda est cum patha. ut secundi Regum. II. מִלְחָמָה idest conferta bellum tuum. Et aliquando in secunda persona singulari masculina littera media scribitur cum cęgol. ut primi Paralipponi. 21. רַעֲנֵן idest fac transfere nunc. Et nonnunquam eadem persona scribitur

CAP. NONVM.

תְּבִיא עֲלֵיכֶם יְהוָה idest induc super eos. Et quandoque scribitur cum patha loco cere, ut Psal. 5. לְפָנֵי יְהוָה idest dirige in conspectu meo viam tuam. Idem quoque modus aliquando scribitur cum he in fine. ut Hier. 18. תְּקַשֵּׁבָה וְתַהֲרָה idest audi domine.

¶ Infinitivo modo.

¶ Iste etiam modus recipit he in principio, & littera substantialis media scribitur cum cere sine chiriqu & iod, hoc modo הַפְּקִידָה vel הַפְּקִידָה idest facere visitare. Aliquando etiam he addita scribitur cum chiriqu. ut Esaiæ. 31. בְּסָחָר וְרַכְיָל בְּסָחָר idest protegere & liberare transire & salvare, & alia ad hunc modum. ¶ Per hunc quoque infinitum supplentur gerundia & modus substantiū praepositis illis quatuor litteris subscriptis cum seu, & non variatur primum pūctus vocalis insinuatus. Et in tali casu aliquando he addita in principio insinuatus excluditur, & prædictæ litteræ scribuntur cum patha vel cameç. ut Psalmio. 25. לְשָׁמֶן בְּקָול תָּזְדָּה idest ad audiendam vocem laudis. Et alia similiter.

¶ Passiva voce, indicatiū modo, tempore preterito.

Vox passiva tertie conjugationis non habet significationem transitum, sed ad modum vocis passuae primæ conjugationis, habet tamē he in principio subscriptum cum siue vel cum cameç proferendo ut cholem, hoc modo הַפְּקִידָה vel הַפְּקִידָה Exemplum primi.

G. F.

VINCIERODA
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

¶ Fœminina. Masculina.

הַפְּקָדָה	הַפְּקָד	Visitatus vel.ta.fuit.
הַפְּקָדָת	הַפְּקָדָת	Visitatus vel.ta.fuisti.
הַפְּקָדָתִי	הַפְּקָדָתִי	Visitatus vel.ta.fui.

¶ Plurali numero.

הַפְּקָדָוֹת	הַפְּקָדָוֹת	Visitati vel.te.fuerunt.
הַפְּקָדָם	הַפְּקָדָם	Visitati vel.te.fuistis.
הַפְּקָדָנוּ	הַפְּקָדָנוּ	Visitati vel.te.fuimus.

Sed quando littera substantialis prima est aliqua quatuor gutturalium, he accentualis in principio posita aliquid scribitur cum cameç, & gutturalis praedicta scribenda est cum cameç chateph, vt יְמִינֵךְ idest statutus est. Itē in fine clausulæ littera substantialis media scribitur cum cameç loco seu & cum accentu in eadē. vt הַפְּקָדָוֹת

¶ Tempore præsentis.

¶ Hoc tempus circumloquimur per participium habens in principio he cum sureq vel cum cameç pro cholem, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

הַפְּקָדָה	Qui vel que visitatur.
הַפְּקָדָת	Qui vel que visitatur.

¶ Tempore futuro.

¶ Futurum indicatiū modi vocis passiuæ habet litteras accidentales in principio subscriptas cum sureq vel cum cameç chatheph pro cholem, hoc modo אֲפָקָד vel אֲפָקָdot idest visitabor.

Fcc.

CAP. NONVM.

¶ Fœminina. Masculina.

תוֹפְּקָדָה	תוֹפְּקָד	Visitaberis.
תוֹפְּקָדָת	תוֹפְּקָדָת	Visitabur.

¶ Plurali numero.

נוֹפְּקָדָה	נוֹפְּקָדָה	Visitabimur mascl.sce.
תוֹפְּקָדָנָה	תוֹפְּקָדָנָה	Visitabimini.
תוֹפְּקָדָתָה	תוֹפְּקָדָתָה	Visitabuntur.

Et quando littera substantialis prima fuerit aliqua ex quatuor gutturalibus, litteræ accidentales huius futuri scribuntur cum cameç, & praedicta littera prima cum cameç chateph pro cholem. vt Leuitici. 16. יְמִינֵךְ idest statutus est statutus viius. & Esdræ decimo. יְמִינֵךְ idest destruatur omnis substantia eius. & cætera.

¶ Imperatiuo caret.

¶ Infinitiu modo.

¶ Iste modus recipit he additam in principio subscriptam cum sureq vel cum cameç chateph pro cholem, & substantialis media venit cum cere, hoc modo הַפְּקָד vel idest visitari. Infinitius namque iste frequentius in iacra scriptura venit he subscripta cum cameç chateph pro cholem. vt Ezechielis. 16. וְרַמְלָחַת לְאַבְּכָלָת וְרַחֲצָת לְאַחֲלָת idest salita non es salita & inuoluta non es inuoluta. pro quo noster interpres posuit, nec sale salita, nec inuoluta panis. Habet etiam iste infinitius aliquando he additam infine. vt Ezechielis. 32. וְרַחֲצָת וְרַמְלָחַת אֶת עֲרֵלִים & cætera.

G 2 Fcc.

VINIVERSITAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

¶ Participium vocis passiuæ.

¶ Fœminina. Masculina.

מַוְפָּקֵד Qui vel que visitat.
מַוְפָּקִידם Qui vel quævisitant

Sed aliquando hoc participiū habet he præteriti post mem. vt Ezechielis. 46. לְאֶרְבָּעַת מַהֲקָצֹות idest ad quattuor illa angulata, pro quo nos habemus , mensuræ vniuersitatis quattuor. Et quando littera substancialis media fuerit aliqua ex quattuor gutturalibus, littera mem accidentalis venit cum cameç , & substancialis prima cum cameç hateph . vt Ezechielis. 29. עַיִם מְחֻרְבֹּת בְּגַתְקָה idest inter vrbes destructas &c.

¶ Cap. decimū de quarta verborum hebraicoruñ conjugatione tam in voce actua quam in passiuâ.

¶ Varta conjugatio ideo superioris dicta est verbum quadratum, quia quattuor habet litteras substanciales in prima verbî positione, estque duarum syllabarū verbum, quarum prior scribitur cum puncto cholem & littera vau ociosa , secunda vero cum puncto patha , hoc modo יְמַנֵּס idest exaltauit . Ad hanc vero conjugationem plerunque pertinent verba dicta imperfecta , quæ etiam in prima conjugatione sunt monosyllaba , vt רָוֵם idest leuauit בְּקָרָב idest surrexit . Et quando tale verbum venit ad quartam conjugationem, secunda eius syllaba frequenter scribitur cum çcre, hoc modo קְוִמְמָת idest eleuauit . Hec quoque conjugatio est eorum verborum in quibus secunda littera geminatur, vt בְּדָר idest mensis est. Et tunc verbum quadratum scribitur cum patha vel çre in

CAP. DECIMVM.

re in secunda syllaba, & in eo non sunt nisi tres litteræ substanciales, quia vau est ibi vocalis & ociosa. In superioribus vero verbis huius conjugationis etiam littera vau est de substanciali verbî, vt patuit ex eorum primitiis primæ conjugationis. Patet ergo, quod ad hanc conjugationem raro pertinent nisi verba monosyllaba primæ conjugationis, vel geminantis secundam litteram. Et si aliquando alia verba ad eam veniant, tunc sole tres litteræ sunt substanciales , & secunda earum syllaba scribitur cum patha vel çere in prima positione, sed indiscursu conjugationis semper eadem secunda syllaba scribitur cum patha, excepto in secunda persona singulari fœminina præteriti & in tercia plurali, quia scribitur cum punto seu.

¶ Activa voce, indicatiuo modo, tempore præterito.

¶ Fœminina. Masculina.

פְּקָדָה Visitauit.

פְּקָדָת Visitasti.

פְּקָדָת Visitauit mascul. vel fœ.

¶ Plurali numero,

פְּקָדָו Visitauerunt mas. l. fœ.

פְּקָדָת Visitastis.

פְּקָדָנו Visitauimus mas. l. fœ.

Et in fine clausulae seu litteræ tertiae vertitur in cameç cum accentu in eadem. vt Hieremias. 12. נְטַעֲתָם בְּמַשְׁנָה idest plantasti eos & radices niserunt.

¶ Tempore præsenti.

Hoc tēp̄ vt alias saepè dixim⁹ circuloquimur p̄ p̄cti p̄i, qđ habet meni in principio cū p̄ucto seta, hoc modo.

G 3 Fœ
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBR I

¶ Fœminina. Masculina.

מִפְּוֹקֵד Qui vel quæ visitat.
מִפְּוֹקֵדֶת Qui vel quæ visitant.

Invenitur tamen in hoc præsenti nonnunquam vox masculina numeri singularis addita iod in fine. vt Psalmus 99. קָרְבָּן יְהָוָה id est qui accusat in secreto. Et debuerat dici. מַלְאָךְ שְׁנִי

¶ Tempore futuro.

Eius quattuor litteræ accidentales scribuntur cum seu, preter aleph primæ personæ singularis, quæ venit cum patha, vt

Fœminina. Masculina.

תְּפֻקָּה	אֲפֻקָּד	אֲפֻקָּדָה	Visitabo.
תְּפֻקָּד	תְּפֻקָּד	תְּפֻקָּדָה	Visitabis.
תְּפֻקָּדָה	תְּפֻקָּדָה	תְּפֻקָּדָה	Visitabit.

¶ Plurali numero.

תְּפֻקָּדָה	גְּפֻקָּדָה	גְּפֻקָּדָה	Visitabimus.
תְּפֻקָּדָה	תְּפֻקָּדָה	תְּפֻקָּדָה	Visitabitis.
תְּפֻקָּדָה	יְפֻקָּדָה	יְפֻקָּדָה	Visitabunt.

Et aliquando in voce fœminina secundæ & tertiae personæ scribitur cum cere, hoc modo קָרְבָּן & infine clausulae sena secundæ litteræ substantialis vertitur in cere cum accentu in eadem, vt קָרְבָּן אֲפֻקָּדָה וְפֻקָּדָה תְּפֻקָּדָה יְפֻקָּדָה

¶ Imperatiuo modo.

Huiusmodi secundæ personæ tam in singulari quam in plurali similes sunt tertii personis præteriti indicati, ut,

CAP. DECIMVM.

ut, sed earum differentia ex sententia & contextura litteræ poterit cognosci, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

פֻקָּד	פֻקָּדָה	Visita.
פֻקָּדָה	פֻקָּדָה	Visitata.

¶ Infinitiu modo.

Prens infinitiu est simile secundæ personæ singulari masculinæ præcedentis imperatiui, hoc modo קָרְבָּן id est visitare. Et ex eo supplenda sunt gerundia & subiunctiu modus per illas quattuor litteras accidentes, de quibus in prima coniugatione dictum est, & debent subscribi per seu &c.

¶ De passiuo voce.

Passiuo vox quartæ coniugationis dicitur ab hebreis verbum graue, tum ratione scripture, quia habet quinque litteras. nam super tres substantiales additur litera he in principio subiecto puncto chiriq, & post eam immediatae ponitur thau cū seu, vt colligatur ad præcedente in eadē syllaba, & littera substantialis media habet dagues, hoc modo התְּפֻקָּדָה. Visitauit se. Tum etiā ratio ne significationis, quia significat quasi passionem innatam, id est actum qui non transit communiter in aliā personā, sed potius manet in ipso agente, ita vt idem sit agens & patiens illius actus, vt קָרְבָּן id est confortatus est vel confortauit se. Nonnunquam vero haec verba reperiuntur transitiva sicut verba primæ coniugationis, vt התְּפֻקָּלָה id est orauit התְּפֻקָּעָן id est intellexit. Ali-

G 4

qñ

DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

quando etiam sunt verba absoluta, ut רְתַבְּקָדֵשׁ idest ambulauit. Item aliquando deficit littera thau superaddita & suppletur per dagues primae litterae substantialis. vt Io. fuit. 22. וְרְתַבְּקָדֵשׁ idest a quo non mundauimus nos, vel non sumus mundati. Aliquando etiam littera substantialis media scribitur cum cere, excepto in fine clausulae, & aliquando cum çegol, vt Genesis. 6. וְרְתַבְּקָדֵשׁ idest ambulauit noe. Quandoque vero ex littera subitata media tollitur dagues &c. ¶ Notandum tamen, quod in huiusmodi verbis littera thau superaddita semper ponitur ante litteras substantiales, præterquam cum prima littera substantialis fuerit aliqua illarum quatuor, שְׂמִינִי quia tunc illa debet precedere thau, vt Michæl. 6. וְשְׂמִינִי idest & seruabuntur præcepta ambrinæ ex ratione huius cōiugationis debuerat scribi. Et cum venerit aliqua illarum quatuor litterarum, aliquando littera thau vertitur in tethe, vt Gene. 44. מְהֻנָּצְבָּקָדֵשׁ idest in quo iustificabimus nos vel iustificabimur, quod verbum venit a בְּאֵלֶּךָ idest iustifico. Procedit ergo hæc conjugatio, hoc modo.

¶ Indicatio modo tempore præterito.

¶ Fœminina. Masculina.

רְתַבְּקָדֵת Visitauit se.

רְתַבְּקָדֵת Visitasti te.

רְתַבְּקָדֵת Visitauim me mas. vel fœ.

¶ Plurali numero.

רְתַבְּקָדֵת Visitauerūt sc. mas. fœ,

Visi-

CAP. DECIMVM.

רְתַבְּקָדָת Visitastis vos.

רְתַבְּקָדָת Visitauim nos mas. fœ.

Et in fine clausulae sene litteræ mediae vertitur in cameç cum accentu in eadem sic. רְתַבְּקָדָת

¶ Tempore præsenti.

¶ Littera mem addita particípio subscribitur cum chiriq & tolitur he præteriti, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

מְתַבְּקָדָת מְתַבְּקָדָת Qui vel q̄ visitat se.

מְתַבְּקָדִים מְתַבְּקָדִים Qui vel q̄ visitat se

¶ Tempore futuro.

¶ Hoc etiam tempus amittit he præteriti, & hoc ne simus proferantur tres litteræ in eadem syllaba, quod esset valde graue. Et litteræ accidentales hulus futuri scribendi sunt cum chiriq, præterç aleph prime personæ q̄ ve nit cū çegol, & littera dictionis media cū cere, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

אֲתַבְּקָדָת אֲתַבְּקָדָת Visitabo me. m. fœ.

תַּתַּבְּקָדָת תַּתַּבְּקָדָת Visitabis te.

תַּתַּבְּקָדָת יְתַבְּקָדָת Visitabit se ipsum.

¶ Plurali numero.

נְתַבְּקָדָת נְתַבְּקָדָת Visitabim nos. m. fœ.

תַּתַּבְּקָדָת תַּתַּבְּקָדָת Visitabitis vos.

תַּתַּבְּקָדָת יְתַבְּקָדָת Visitabunt seipsoſ.

Aliquando tamen littera substantialis media venit cum patha, vt Prouerbiorum. 25. אֶלְעָזָר לְפָנָיוֹתָךְ idest medieç

DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

non glorieris coram rege. Et in fine clausulae seu litteræ medie vertitur in cameç cum accentu in eadem. vt Exod. 19. יְהוָה תִּהְפֹּשֵׂעַ idest qui accedunt ad dominum sanctificetur. Et alia ad hunc modum.

¶ Imperatiuo modo.

¶ Iste modus recipit he præteriti in principio cum chiriq , hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

¶ מְבֻחָרָה וְתִפְקָדָה Visita te. רְתִפְקָדָה וְתִפְקָדָה

¶ מְבֻחָרָה וְתִפְקָדָה Visitate vos. רְתִפְקָדָה וְתִפְקָדָה

¶ Infinitiu modo, vt רְתִפְקָדָה וְתִפְקָדָה i.e. visitare se.

¶ Aliud vero participium passiua vocis , hoc modo profertur.

¶ Fœminina. Masculina.

¶ מְבֻחָרָה וְתִפְקָדָה Visitatus vel visitata. בְּכֶפְךָ וְתִפְקָדָה Visitati vel visitate.

¶ Quattuor itaque coniugationis hebraæ verborum regularium seu perfectorum ad hunc modum explicatae sunt. ¶ Circa eas tamen adhuc notandum , esse quædam verba ex duabus coniugationibus cōposita. vt Psalmo. 7. וְאַתָּה אֲנִי נְבָטָה idest persequatur iniamicus animam meam. nam verbum וְאַתָּה est tercia persona singularis futuri posita pro imperatiuo . et componitur ex futuro primæ coniugationis vocis actiue , hoc est וְאַתָּה & ex futuro secundæ coniugationis eiusdem vocis , hoc est וְאַתָּה nam punctus chiriq qui subiicitur iod , & cholem qui imponitur daled , sunt primæ coniugationis . sed pa
thach

CAP. DECIMVM.

thach qui subiicit litteræ res , & dagues litteræ daled sunt secundæ coniugationis . Eadem quoque compositio res peritur in voce passiua . vt Numeri primo לְאַתָּה תִּפְקָדְךָ idest non fuerant numerati inter illos . quod vet būm הַתִּפְקָדְךָ componitur ex voce passiua tertiae coniugationis quæ est הַפְּקָדָה & ex eadem voce quartæ coniugationis , quæ est cameç ergo qui subiicitur he est tertiae coniugationis , & thau est quartæ coniugationis . ¶ Sunt etiam quædam verba composita ex duobus temporibus . vt Ezechiel ostensio מְשֻׁתְּחִיתִים וְלָבָה מְשֻׁתְּחִיתִים idest & illi humiliabant se sive adorabant . componitur namque hoc verbum מְשֻׁתְּחִיתִים ex præterito & præsente vocis passiua quarte coniugationis , quia mem prima est participii præsentis , & thau secunda est præteriti.

¶ Et quia superius diximus has quattuor verborum coniugationes habere octo voces quas hebrei vocant טְרִיבִים שְׁמִינִה Est notandum , quod in sacra scriptura tres istarum vocum noui sunt multum vistitæ sed rarissimæ , scilicet vox passiua secundæ coniugationis , vox passiua tertiae , & vox actiua quartæ . aliae vero quinque voces sunt frequentissimæ in vsu sacrae scripturae hebraicæ , scilicet actiua & passiua primæ coniugationis , actiua secundæ , actiua tertiae , & passiua quartæ .

¶ Capitulum undecimum , de compositione verborum cum pronominiis procedendo per singulas personas vocis actiue.

VIX VERISIDAI
LICET
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

Iacet ex verbis hebraicis adiunctis sibi nominibus vel pronominiis possit fieri oratio more latino, etum & Graecorum sine compositione, tamen consuevit sacra scriptura ob breuitatem pariter & elegantiam pronomen verbo adiungere per compositionem, ut vna tantum dictione proferat orationem. Verbi gratia, hanc orationem deus visitauit me, possemus sine compositione ita dicere hebraice בְּרוּתִי וְבָקָרִים בְּקָדֵשׁ vbi accusativus pronominiis adiungitur verbo per appositionem, sed eandem sententiam verbo composite cum pronomine ita proferimus בְּרוּתִי וְבָקָרִים בְּקָדֵשׁ. Ergo ad bene intelligendam sacram scripturam opus erit hanc verborum & pronominiuum compositionem declarare, sicut etiam superius egimus de compositione nominis cum pronomine, quia vtraque compositione est frequentissima in sacra scriptura. ¶ In primis itaque notanda sunt aliquæ regulæ generales de hac compositione verborum cum pronominiis, deinde venient ad speciales compositiones singularium personarum. ¶ Prima regula sit hec, quod ista compositione non habet locum nisi in vocibus actiis omnium verborum tam regularium quam irregularium. ¶ Secunda regula, quod pronomina que istam compositionem verborum intrat omnia sunt derivatiua, sicut & in nominibus dictum est. Non enim alia potest apud hebreos dari differentia inter pronomen primitiū & derivatiū, nisi per compositionem & appositionem, quia derivatiū semper, primitiū nunquam in compositione reperitur, opposito modo in appositione. ¶ Tertia regula, quod non est tanta necesse

CAP. VNDECIMVM.

necessitas compositionis verborum cum pronominiis quanta erat in nominibus, nam sententia nominis composite cum pronomine non potest aliter hebraice dici quam per compositionem, vt בְּרוּתִי idest lex mea, sed sententia verbi composti cum pronomine potest dici & per compositionem & per appositionem, vt paulo superioris explicitatum est. ¶ Quarta regula, quod quando alcui verbo adiungitur nomen vel pronomen per appositionem semper est ponendum in accusativo, quia omne verbum hebraicum transitivum actionem significans regit post se accusativum, quandoque quidem articulo designatum, quandoque vero sine articulo sed sola constructione cognoscendum, vt alias dictum est. ¶ Prima regula specialis sit ista, quod tertia persona vtriusque numeri & generis in praeterito indicatiū modi habet in sua compositione decem varietates. & hoc verum est non connumerata eius duplii terminacione nisi pro vna, sed facta variatione vocis masculinæ & foeminitatis in secundis & tertiosis personis pronominiū tam in singulari numero quam in plurali. ¶ Secunda regula specialis, quod secunda persona eiusdem praeteriti in vtrique numero & genere habet sex varietates in sua compositione cum pronomine. Et inteligitur cuī conditionibus regulae precedentis. ¶ Tertia regula, quod prima persona eiusdem praeteriti in vtrique numero & genere habet octo variations, cum predictis conditionibus. Has tres regulas hebrei commemorant in illo versu Leuit.18. בְּרוּתִי idest & vident in eis, cui litteræ hos numeros denotat, nā littera vau valet sex/cheth valet

VINCI
UNIVERSITAT
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

valet octo, sed denique valet decem. ergo per litteram iod prima regula, per vau secunda, per cheth vero tertia de signatur regula, vt sit dictio vachas idem quod sex octo decem. ¶ Ratio vero harum regularum, scilicet quod non totidem modis varientur compositiones unius personae verbi sicut alterius, haec est. Quia raro aut nunquam est iussu loquentium reciprocatio eiusdem personae supra seipsum. hoc est primae super primam & secundae super secundam, maxime in verbis compositis cum pronomini bus. Non enim dicimus verbo sic composito, visitauit me, visitasti te. Neque in numero plurali, visitauimus nos, visitastis vos. sed huiusmodi locutiones explicitantur hebraice per verba passiva quartae conjugationis, cuius significatio est reciproca. vt capitulo precedente dictum est. Exemplum vt יְהוָה יְמִינֵנוּ magnificatus sum vel magnificauit me יְהוָה idest confortatus es vel confortasti te. & cetera. ¶ Quarta regula, quod in his compositionibus ordo personarum verbi procedit modo hebreo, scilicet incipiendo a tertia persona praeteriti, & per secundam veniendo ad primam, sed ordo personarum pronominis procedit modo latino, scilicet incipiendo a prima & per secundam veniendo ad tertiam personam. horum omnium exempla sequuntur in verbo superius usato, scilicet יְהוָה idest visitauit. Hac itaque tertia persona singularis masculina praeteriti in suis decem varietibus camec prime littere mutat in seu, que mutatione in aliis conjugationibus locum non habet. immo neque in aliis temporibus & modis huius prime conjugationis, sed in

CAP. VNDECIMVM.

in eis semper manet prima pūcta vocalia etiā in cōpositionē. ¶ Fœmi. Mascul. ¶ Forma ergo p̄teritū, hoc mō.

¶ פָּקֹדֶנִי Visitauit me. s. ipse. mas. l.f.

¶ פָּקֹדֶרֶת Visitauit te.

¶ פָּקֹדֶרֶת Visitauit illum aut illam.

¶ Plurali numero.

¶ פָּקֹדֶנוּ Visitauit nos.

¶ פָּקֹדֶךְ Visitauit vos.

¶ פָּקֹדֶרֶם Visitauit illos aut illas.

Eodem modo tertia persona singularis fœminina, scilicet יְהִידָה habet decem varietates compositionis. vt

¶ Fœminina. Masculina.

¶ פָּקֹדֶתְנִי Visitauit me. m.f.

¶ פָּקֹדֶתְךָ Visitauit te.

¶ פָּקֹדֶתְהָרָא, פָּקֹדֶתְהָרָה, פָּקֹדֶתְהָרָתָה Visitauit illū. illā.

¶ Plurali numero.

¶ פָּקֹדֶתְנוּ Visitauit nos. m.l.f.

¶ פָּקֹדֶתְךָ Visitauit vos.

¶ פָּקֹדֶתְםָ. פָּקֹדֶתְמוּ Visitauit illos aut as.

¶ Secunda vero persona singularis masculina etiā p̄teriti. l.f. ¶ יְהִידָה sex tātu habet in sua cōpositione diversitas mutata etiā camec prime litterę. in seuia ad hūc modū. ¶ Fœminina. Masculina.

¶ פָּקֹדֶתְנִי Visitastī me. s. ipse. m.l.f.

¶ פָּקֹדֶתְךָ Visitastī eum vel eam.

¶ Plurali numero.

¶ פָּקֹדֶתְנוּ Visitastī nos. ma.l.f.e.

¶ פָּקֹדֶתְםָ. פָּקֹדֶתְמוּ Visitastī eos vel eas.

Part

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

Par modo variatur secunda persona singularis forma
autem compositio per sex modos , vt פְּתַתְּלָהּ .

¶ Feminina. Masculina.

Visitasti me scilicet ipsa. פְּתַתְּלָהּ
Visitasti eum vel eam. פְּתַתְּלָהּ

¶ Plurali numero.

Visitasti nos mas. I. fce. פְּתַתְּלָהּ
Visitasti eos vel eas. פְּתַתְּלָהּ

¶ Prima item persona singularis , scilicet פְּתַתְּלָהּ quae
est simul masculina & feminina , habet octo varietates
mutato vt prius camec primae litterae in sua , hoc modo .

¶ Feminina. Masculina.

Visitauit te. פְּתַתְּלָהּ
Visitauit eum vel ea. פְּתַתְּלָהּ

¶ Plurali numero.

Visitauit vos. פְּתַתְּלָהּ
Visitauit eos vel eas. פְּתַתְּלָהּ

Aliqui sunt qui hunc primae personae addunt nouam
hanc differentiam compositionis פְּתַתְּלָהּ id est visitauit
me , sed hoc non approbant omnes . Item in tertia huius
personae compositione , scilicet פְּתַתְּלָהּ aliquando lit-
tera media subscriptitur per chiriq , vt Iudicum . 13. אֶלְעָלָהּ . & non interrogauit eum . Et alibi frequenter .

¶ Tertia persona pluralis eiusdem praeteriti , scilicet
פְּתַתְּלָהּ quae simul est masculina & feminina , in suis de-
cem varietatibus etiam mutat camec primae litterae in se-
ua , hoc modo .

VIII.

CAP. VNDECIMVM.

¶ Feminina.

Masculina. פְּתַתְּלָהּ Visitauerint me.m.l.fce.
פְּתַתְּלָהּ Visitauerunt te.
פְּתַתְּלָהּ Visitauerunt illu aut illam

¶ Plurali numero.

פְּתַתְּלָהּ Visitauerunt nos.mas.l.fce.
פְּתַתְּלָהּ Visitauerunt vos.
פְּתַתְּלָהּ Visitauerunt illos aut illas.

¶ Secunda persona pluralis masculina , scilicet פְּתַתְּלָהּ
in suis sex varietatibus , præter hoc quod mutat camec
primae litterae in sua , mutat etiam mem finalem in vau ,
hoc modo .

¶ Feminina. Masculina.

פְּתַתְּלָהּ Visitastis me.scilicet ipsi.
פְּתַתְּלָהּ Visitastis illum aut illam.

¶ Plurali numero.

פְּתַתְּלָהּ Visitastis nos. mas.l.fce.
פְּתַתְּלָהּ Visitastis illos aut illas.

Eodem modo secunda pluralis feminina , scilicet פְּתַתְּלָהּ
habet sex varietates similes prædictis .

¶ Prima denique persona pluralis præteriti , scilicet
פְּתַתְּלָהּ quae simul est masculina & feminina , in sua com-
positione occuplici mutat camec primae litterae in sua ,
hoc modo .

¶ Feminina. Masculina.

פְּתַתְּלָהּ Visitauimus te.
פְּתַתְּלָהּ Visitauimus eum vel eam.

H. Plur.

VIRGEN DEL CRISTO RAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIRBI

¶ Plurali numero.

פָּרוֹדִים Visitauimus vos.
פָּרוֹדִים Visitauimus eos vel eas.
 Hactenus de compositionibus præteriti indicatiui modo
di vous actiue, nunc dicamus de tempore præsenti.

¶ De participiis compositionibus.

¶ Participium actiue vocis per quod supplemus tem-
pus præsens indicatiui modi, in omni voce sua tam ma-
sculina quam foemina, sive in numero singulari sive in
plurali habet decem differentias compositionis sue cum
pronomine, ut hoc participium פָּקוֹד quod est mascu-
lini generis & numeri singularis, hoc modo variatur.

¶ Foemina. Masculina.

¶ Qui visitat me mas. l.f. פָּקוֹדְנִי
 Te. פָּקוֹדְךָ
 Illum aut illam. פָּקוֹדְהוּ

¶ Plurali numero.

¶ Qui visitat nos.m.l.f. פָּקוֹדְנוּ
 Vos. פָּקוֹדְכֶם
 Illas aut illas. פָּקוֹדְהֶם. פָּקוֹדְתֶם

Sed in fine clausule secunda differentia, scilicet
littera substantialis ultima venit cum çegol & accentu in
eadem. ut Psal. 119. וְהַזֵּה שְׁבָרְךָ יְהָוָה idest dñs custodit te. Et
si eadem substantialis ultima fuerit aliqua ex quattuor
gutturalibus, tunc littera media scribitur cum cere, hoc
modo שְׁלָמָךְ idest qui te mittit. nonnunquam etiam
cum

CAP. VNDECIMVM.

כל אָמֵר הַזֶּה פָּרוֹאָב idest
hec dixit dominus creans te. Similiter vox participi fœ-
minina singularis habet decem varietates hoc modo,
scilicet פָּקוֹדְתָּה

¶ Foemina. Masculina.

¶ Que visitat me.mas.l.f. פָּקוֹדְנִי
 Tc. פָּקוֹדְךָ
 Illum aut illam. פָּקוֹדְהוּ

¶ Plurali numero.

Nos mascul. vel foem. פָּקוֹדְנוּ
 Vos. פָּקוֹדְכֶם
 Illos aut illas. פָּקוֹדְתֶם

Et flunt istae varietates in voce foeminae participi
qua definit in that, & non in illa qua definit in he, &
hoc propter faciliorem prolationem.

¶ Item vox participi feminina pluralis. f. פָּקוֹדִים
habet decem variationes, hoc modo.

¶ Foemina. Masculina.

¶ Qui visitant me.m.l.f. פָּקוֹדִי
 Te. פָּקוֹדִיךָ
 Illum aut illam. פָּקוֹדִיּוּ

¶ Plurali numero.

Nos mascul. vel foem. פָּקוֹדִינִי
 Vos. פָּקוֹדִיכֶם
 Illos aut illas. פָּקוֹדִיהֶם

Insuper vox participi foemina pluralis. f. פָּקוֹדִות
habet decem differentias ad hunc modum.

VINCI VELICIA
H 2 Fœ
DE SALAMANCA

SECVNDI LIBRI

C Feminina. Masculina.

פָּקְדוֹתִי	Quæ visitat me. mas. l. fce.
פָּקְדוֹתְךָ	Te.
פָּקְדוֹתֵהֶם	Illum aut illam.
פָּקְדוֹתִינוּ	Plurali numero.
פָּקְדוֹתִינוּנִינוּ	Nos masculi vel femi.
פָּקְדוֹתִיכָם	Vos.
פָּקְדוֹתִיהם	Ilos aut illas.

C De futuri indicatiui compositionibus.

C Futurum indicatiui easdem habet differentias in sua compositione cum pronominis, quas in praeterito dicimus. Hoc est, quod prima persona vtriusque numeri & generis habet oī*ci* differentias. Secunda sex, & Tertia de cem. & quando in eodem versu aliqua persona habuerit duas aut plures terminationes, omnes illae pro via com putantur in proposito, vt etiam in praeterito diximus. quare noī erit hic necessarium tam diffuse agere sicut in praeterito egimus explicando singulas personas, sed sufficiet primæ personæ futuri explicatio, scilicet per suas octo differentias, hoc modo.

C Feminina. Masculina.

אַבְקָדָה	Visitabo te.
אַבְקָדְךָ	vel visitabo te.

אַבְקָדָה	Visitabo vos.
אַבְקָדְךָ	visitabo illos aut as.

Et in

CAP. VNDECIMVM.

Et in fine clausulæ prima variatio secunda persona singularis masculinæ habet ultimam litteram substantialem scriptam cum çegol & accentu in eadem, hoc modo בְּקָדָה. Etiam littera nun pronominis in tertîis personis singularib⁹ vtriusque generis venit cum pūcto dagues, nō autem in primis personis pronominis, vt תְּקָדָה נְגָדָה תְּקָדָה נְגָדָה idest visitabis nos תְּקָדָה נְגָדָה idest visitabis eum.

C De imperatiui compositionibus.

C Imperatiui, vt patet ex prædictis, non habet nisi secundas personas vtriusque numeri temporis præsentis, quare per secundam regulam specialem quilibet earum in sua compositione habet sex variationes. Vnde secunda persona singularis masculi. בְּקָדָה variatur hoc modo.

C Feminina. Masculina.

בְּקָדָנִי	Visita ifpe me. m. l. f.
בְּקָדָךָ	Visita illu vel illam.

Plurali numero.

בְּקָדָנוּ	Visita nos mas. l. fce.
בְּקָדָם	Visita illos vel illas.

Et nota, quod si prædicta secunda persona venerit ad similitudinem huius vocis לְךָ prima eius littera substantialis debet subscribi in compositione cum puncto cameq; chateph proferendo vt cholem, vt patuit in exemplo dato. Et si venerit ad similitudinem huius vocis לְךָ prima littera substantialis scribenda est in compositione cum pūcto seu. vt i. Regū. 16. surge vinge eum.

C Secunda quoque persona singularis feminina eius de imperatiui, scilicet בְּקָדָה ad hunc modū est variata.

H 3 Fas

VINCI VILLETA
AD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

¶ Feminina. Masculina.

בְּקָדְנִי Visita me mascul. vel fœ.
בְּקָדְרוֹתִי Visita illum aut illam.

¶ Plurali numero.

בְּקָדְנֵנוּ Visita nos mascul. vel fœ.
בְּקָדְרוֹתֵם Visita illos aut illas.

Item secunda persona pluralis masculina, scilicet easdem habet variationes, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

בְּקָדְנִי Visitate ipsi me mas. l.fœ.
בְּקָדְרוֹתִי Visitate illum aut illam.

¶ Plurali numero.

בְּקָדְנֵנוּ Visitate nos mascul. vel fœ.
בְּקָדְרוֹתֵם Visitate illos aut illas.

Denique secunda pluralis feminina, scilicet similiter est varianda, per hunc modum.

¶ Feminina. Masculina.

בְּקָדְנִי Visitate ipse me mas. vel fœ.
בְּקָדְרוֹתִי Visitate illum aut illam.

¶ Plurali numero.

בְּקָדְנֵנוּ Visitate nos mascul. vel fœ.
בְּקָדְרוֹתֵם Visitate illos aut illas.

¶ De compositione infiniti modi.

¶ Infinitius modus actiæ vocis, scilicet vel decim habet varietates, sed earum sex eadem sunt cum illis, que posita fuere in secunda persona singulari masculina imperatiui, in quibus etiam cameç vel seu prima litteræ substantialis vertitur in cameç chateph.

Diffe

CAP. VNDECIMVM.

Differentiae vero quæ adduntur nunc huic infinituo sunt secunda persona tam singulatis quam pluralis, & una item persona singularis differens ab ea quæ posita est in imperatiu, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

בְּקָדְנִי Visitare meū. m.l.f.
בְּקָדְרִי Visitare tuum.
בְּקָדְנֵה Visitare suū vel illi⁹

¶ Plurali numero.

בְּקָדְנֵם Visitare nostrum mas. l.fœ.
בְּקָדְרֵם Visitare vestrum.
בְּקָדְנֵה Visitare suū, l. illorū. pillarū

Et nonnunquam carneç chateph litteræ primæ mutatur in sureq. vt Leuitici. 23. וְיַדְעֵלְכֶם idest in metere vestro, hoc est quādo messueritis. ¶ De participio passiuo.

Licet autem in prima regula generali huius cap. di flum fuerit, quod voces passiuæ verborū non cōponuntur cum pronominibus, tamen participia vocis passiuæ bene recipiunt hanc compositionem, sed ad modum quo nomina componebātur cum eisdem pronominibus, ideo habent litteras accidentales denotatæ, genus, numerum, & personam, & variantur decem modis. Ergo participiū vocis passiuæ singulare masculinum, scilicet בְּקָדְנִי de cem habet varietates, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

בְּקָדְנִי Visitatus me⁹ vel a me. m.l.f.
בְּקָדְרִי Visitatus tuus vel a te.
בְּקָדְנֵה Visitatus sius vel a se.

H.4. Pla

V
N
I
U
R
C
U
D
A
L
D
E
S
A
L
A
M
A
N
C
A

SECUNDI LIBRI

¶ Plurali numero.

פְּקוֹדָנִים Visitat⁹ noster vel a nobis. m.l.f.

פְּקוֹדָתִם Visitatus vester vel a vobis.

פְּקוֹדָן Visitatus suus vel ab eis.

¶ Vox feminina singularis eiusdem participi^p, scilicet vox vertit he finalem in than, sicut superius dictum est in compositione nominum ad modū sequentē.

¶ Foe. Masculina,

פְּקוֹדָתִי Visitata mea vel a me. m.l.f.

פְּקוֹדָתֶךָ Visitata tua vel a te.

פְּקוֹדָתֶה Visitata sua vel a se.

¶ Plurali numero.

פְּקוֹדָנִים Visitata nostra vel a nobis. m.l.f.

פְּקוֹדָתִים Visitata vestra vel a vobis.

פְּקוֹדָתִם Visitata sua vel ab eis.

Vox pluralis masculinae participi^p passiu, scilicet etiam decem modis sic.

¶ Foe. Masculina,

פְּקוֹדָי Visitati mei vel a me mas. l.foc.

פְּקוֹדָרָה Visitati tui vel a te.

פְּקוֹדָרָה Visitati sui vel a se.

¶ Plurali numero.

פְּקוֹדָנִים Visitati nostri mascul. vel foe.

פְּקוֹדָתִים Visitati vestri.

פְּקוֹדָתִים Visitati eorum vel earum.

Vox pluralis feminina eiusdem participi^p, scilicet similiter decem his modis componitur.

Foe.

CAP. VNDECIMVM.

¶ Feminina.

פְּקוֹדוֹתִי Visitata mea mas. l.foc.

פְּקוֹדוֹתְךָ Visitata tua.

פְּקוֹדוֹתֶה Visitata eius.

¶ Plurali numero.

פְּקוֹדוֹתִינוּ Visitatae nostrae mas. l.f.

פְּקוֹדוֹתִיכָם Visitatae vestrae.

פְּקוֹדוֹתִיהם Visitatae eorum, vel earum.

Secundū hūc igitur modū dictum in voce actiua pri^mae coniugationis, componuntur cum pronomībus verba aliarum coniugationum tam regularia quam irregulāria, hac sola differentia seruata, quod punctus primæ litteræ substantialis in præteritis aliarum coniugationum non mutatur in compositione, quemadmodum mutabatur in præterito primæ camei in seu. nam in secunda coniugatione chīsq primæ litteræ, scilicet פְּקוֹד remanet in compositione dicendo פְּקוֹד id est visitauit illum. In tertia quoque coniugatione non variatur chīsq primæ litteræ he additæ, scilicet רַפְּקוֹדֵר id est fecit visitare me, licet aliquando ille punctus vertatur in çegol. vt primi Regum. 25. לֹא יְרַבְּלָנוּם id est nunq̄ eos confundere fecim⁹ &c.

¶ Capitulum duodecimum de partibus

orationis indeclinabilibus, quæ apud

Hebreos dicuntur מְלָה id est dictio.

Tandem post partes orationis variables regulariter declaratas, restat ut paucula dicamus de dictiōnibus invariabilibus quas vocant præpositiones, aduersaria

DE SALAMANCA

SECUNDI LIBR I

bis intērēctiones & coniunctiones. ¶ Et suppositis harum partium diffinitionibus ex doctrinis Græcorum & Latinorum, quæ eadem essent apud Hebræos, tātum cū rabimus circa has dictiones, ea quæ hūc nostræ doctrinæ sunt propria. ¶ In primis ergo supponamus etiam distinctionem litterarum hebraicarum per substantiales & accidentales superius positam & declaratam in capitulo secundo primi libri huius artis. nam ex illa oritur alia distinctio ad hoc nostrum propositum satissimans. Sunt enim quedam partium orationis indeclinabilium separabiles, aliae vero inseparabiles. vocamus separabiles eas quæ per seipias sunt dictiones significatiuæ, aut potius significatiuæ, vt נָא idest ad יְהָוָה idest de. Inseparabiles vero dicimus eas quæ non reperiuntur nisi in compositione cum aliis dictionibus, & istæ semper sunt litteræ accidentales additæ nominibus aut verbis ad designandum accidentales eorum proprietates, idest numerum, casum, genus, personam, tempus. & cetera. vt superius in hoc secundo libro dictum est. ¶ Dua itaque faciemus huius capituli partes, primam de inseparabilibus dictionibus, alteram de separabilibus. Inseparabilem dictiōnum quattuor scimus esse differentias ex supradictis in hoc secundo libro. ¶ Prima est illarum quattuor litterarū quas ad designandos casus nominum fecimus articulos declinationum in hac dictione נָא vel בְּרִלְמָן contentas, vt patuit in capitulo quarto. ¶ Secunda differentia est litterarum quattuor, quæ denotant diuersas personas futuri indicatiū modi in hac dictione יְהָוָה positas vt patuit in

CAP. DVODECIMVM.

In capitulo septimo. ¶ Tertia differentia est illarum litterarum quattuor, quæ adduntur infinitivo ad faciendum gerundia ex eo, quas denotat hæc dictio, בְּלִים vt patuit supra in eodem capitulo septimo. ¶ Quarta est aliarum septem litterarum in hac dictione יְהָוָה cōtentarū, quæ adduntur nominibus verbalibus ornatus causa, & ideo dicuntur litteræ ornamenti, de quibus supra in capitulo quinto huius libri. ¶ Quia vero tres ultimæ differentiæ litterarum satis bene declaratæ sunt in suis locis iam citatis, circa primam differentiam est hic aliquid addendum, nam ille articulus beth qui pro præpositione in additur nomini denotans casum ablativum, potest compositione cum pronominibus & variari ad modum nominis cōpositi, hoc modo.

¶ Fœminina. Masculina.

בָּתָר	בָּנָי	In me mascul. vel fœmi.
בָּתָר	בָּנָי	In te
בָּתָר	בָּנָי	In illo vel illa.

¶ Plurali numero.

בָּנִים	בָּנִים	In nobis mascul. vel fœ.
בָּנִים	בָּנִים	In vobis.
בָּנִים	בָּנִים	In illis.

Alia vero officia huius litteræ beth superius dicta sunt in capitulo quarto. Sed illa dictio יְהָוָה aliquando pro rogo ponitur in scriptura, vt infra in aduerbiis optandi.

¶ Articulus he.præter hoc quod denotat nominatiū aut genitiū casum, vt alias dictum est, habet quædam alla

VIX VITIOSA
DE SALAMANCA

1720
SEGUNDI LIBRI

alia officia, nam quando præponitur nomini subscripta cū pathach, vel pathach hateph tres potest habere usus, Primum interrogandi, vt Exodi. 2. בַּאֲלֹהָךְ וּמִקְרָאָתֶיךְ id est si ibo & vocabo ad te. & tunc hebraice dicitur הַנִּזְעָן הַנִּזְעָן id est he interrogationis. Secundus usus est admirandi, vt Genesis. 18. קָרְבָּן הַמִּשְׁׁמָרָה id est nun quid index omnis terre non faciet iudicium. & vocatur hebraice הַתְּהִימָה. אֵל הָאָדָם מִתְּהִימָה id est he admirationis. Tertius usum habet relationis, vt Genesis. 46. בְּלֹא הַמִּשְׁׁמָרָה id est omnis anima de domo isacob que venit. Sed quando haec littera in huiusmodi officiis vel aliquo alio venit in principio dictioris subscripta cū gogol, tunc dictio illa incipitur a cameq vel pathach. vt Numeri. II. אֱנֹכִי הַלְּבִיטִי id est si ego concepi. ¶ In super littera כ caput quando in principio nominis verbi aut participi ponitur accidentaliter, significat hanc præpositionem cum, vel hanc coniunctionem sicut, vel quemad modum, & ponitur hoc modo ע vel ב vel כ. ¶ Item littera ו sin in principio dictioris posita accidentaliter relativum quis vel qui denotat, vt etiam superioris dictum est. ¶ Præterea iste sex litteræ in fine verbi aut participi posita, sunt accidentales denotantes genus, vel personam, vel aliquid aliud. Istæ vero quatuor ו ו ב in fine dictioris semper sunt substantiales, sed in principio possunt esse substantiales vel accidentales. ¶ Denique istæ septem ו ו ב ו ב ו ב ו ב whichcumque ponantur in dictione possunt esse accidentales sive in principio sive in fine &c.

¶ In secunda huius capituli parte dicamus iam de dictio-

1721
CAP. DVODECIMVM.

ditionibus separabilibus signatim. & primo de præpositionibus, Sed eorum aliquæ sunt invariabiles, aliae vero cō ponentur cum pronominibus & variantur. Sunt vero præpositiones hebraicae he fere.

postea post. (אַחֲרֵי) אַחֲרֵי desuper. (אַל מִלְתָּה) אַל מִלְתָּה ad.in. נִגְדָּה מִלְתָּה cōtra. icōspes ppe.iuxta.sec. נִכְתָּה corā.contra. אַתָּה ad.cum. סְבִיב circū.icircitu in. עַזְבָּר trans. בְּגָלְלָה propter.ob. עַד יְמִינֵךְ עַד יְמִינֵךְ donec. לְעַבְרָה propterea. עַד יְמִינֵךְ pro. חִזְקָה extra.præter. עַל יְמִינֵךְ sup.præter.fu. לְבָד solum.tantū. סְמִינָה cum. (xta. פְּרִזְבָּה excepto. קָרוּב prope. לְמִילְבָּד propter.eo q. רְחֻקָה longe. לְפִרְיָה secundum. גַּוְתָּה inter. לְפִנְיָה coram.ante. בְּמִצְרָה ita. i medio. לְמַתָּה infra. תְּמִתָּה sub.subter.

super. ¶ Ista inquam omnes præpositiones variantur per compositionem cum pronominibus deriuatis, exceptis lemo, lephi, & bemo, que non variantur inquam. ¶ Et sex istarum præpositionum, que sunt אַל אַחֲרֵי עַד עַל תְּחִתָּה solum variantur per terminaciones pronominum plurales & non singulætes, & hoc in omnibus personis hoc modo.

Fœminina. Masculina.

Post me.mascul.vel sec. אַחֲרֵי Post te. אַתָּה Post te. אַתְּתָּה Post

V N I V E R S I D A D
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

אתְּלִיָּה	אֶתְּרִיָּה	Post illum.
אתְּרִיָּה	אֶתְּרִיָּה	Post nos mascul. vel fœ.
אתְּרִיָּה	אֶתְּרִיכָם	Post vos.
אתְּרִיָּה	אֶתְּרִיכָם	Post illos.

Et similiter diceretur de aliis quinq[ue]. ¶ Sunt vero aliae quinq[ue] præpositiones. scilicet **מִן**, **מִן**, **מִן**, **מִן**, **מִן**. Et hinc non compomuntur cum pronominibus neque variantur, sed tamen additur eis ablattius pronominis primitiui in omnibus personis & numeris, hoc modo.

¶ Feminina. Masculina.

חוֹן מִפְנֵי	חוֹן מִפְנֵי	Præter me mascul. vel fœ.
חוֹן מִכְּבָר	חוֹן מִכְּבָר	Præter te.
חוֹן מִפְנֵג	חוֹן מִפְנֵג	Præter illum.
חוֹן מִפְנֵג	חוֹן מִפְנֵג	Præter nos mascul. vel fœ.
חוֹן מִכְּבָר	חוֹן מִכְּבָר	Præter vos.
חוֹן מִכְּבָר	חוֹן מִכְּבָר	Præter illos.

Et similiter in aliis dicereb[us]. ¶ Et eae duæ præpositiones atq[ue] q[uod] cōponuntur cū pronoic mutat primas vocales in chtriq[ue], hoc modo. אֲתָה .i. meū. אַתָּה .i. corā me.

¶ Omnes deniq[ue] ptes orationis indeclinabiles, q[uod] neq[ue] cōponuntur neq[ue] variatur sunt aduerbia, vel cōiunctiones, vel interjectiones, de quibus per ordinem dicamus.

¶ Aduerbia per significationes distinguenda sunt, Qualia sunt.

¶ Aduerbia temporis.

אָזֶן	tunc	שְׁלָשָׁם	triduo
עַתָּה	munc	תְּמִלְלָשָׁם	nudiq[ue] tertius
מִרְאָה	cras	הַלְּאָה	deide. deiceps
אַתְּמִלְלָה	heri	הַלְּמָם	huc. illuc

intra

CAP. DVODECIMVM.

וְכָרְתִּיןָן	לְפָהָה מְלוֹעָה	quare
הֵרְסֵרוֹת	לְעַלְלָה	quare
בְּשֵׁרָה	בְּשֵׁרָה	Aduerbia negandi.
עַרְבָּה	עַרְבָּה	ערָב
מָנָה	מָנָה	mane
בְּקָרָה	בְּקָרָה	cōponit
כְּבָרָה	כְּבָרָה	iam
טְרָם	טְרָם	antequam
בְּעוֹד	בְּעוֹד	עד לא
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	adadhuc
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	adadhuc
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	Prima q[uod]tuor istoru varian-
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	tur p[ro]prioia, alia no[n] variante
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	non. ne
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	non. ne
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	fine. non
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	sed
אַדְּרֵבָה לְכָדָה	אַדְּרֵבָה לְכָדָה	לְלִי nisi

¶ Aduerbia affirmandi.

בְּגִין	בְּגִין	ita. vtig
בְּגִין	בְּגִין	ita est
בְּגִין	בְּגִין	sic
בְּגִין	בְּגִין	בְּגִין רְוָא
אַרְבָּה	אַרְבָּה	vere cer-
אַרְבָּה	אַרְבָּה	vel accidens. amens
אַרְבָּה	אַרְבָּה	certe. vere
אַרְבָּה	אַרְבָּה	sicut

¶ Aduerbia demonstrandi.

אַיְלָה	אַיְלָה	הַגְּהָה. הַגְּהָה
אַיְלָה	אַיְלָה	ecce. &
אַיְלָה	אַיְלָה	componuntur secundū eorū.
אַיְלָה	אַיְלָה	¶ Aduerbia optandi.
אַיְלָה	אַיְלָה	אַיְלָה utinam

VINVERAIDAD
DE SALAMANCA

SECUNDI LIBRI

וְ	o si vtinam	¶ Diuidendi.
אֵם	si iam	בָּנָה iter. & cōponit
מִן	quis dabit	יַעֲשֶׂה Iungendi.
אָנוּךְ	obsecro	בָּנָה etiam
בְּנֵי אָדָם	obsecro dñe mi	אָזְנָה quoque
¶ Aduerbia qualitatis.		יַעֲרָנְדִי Jurandi.
בְּטוּבָה	bene	בְּנֵי נְפָשָׁת p. vitâ aîse meę
בְּרָכָה	recte	בְּנֵי נְפָשָׁת p. vitâ aîse tuę
רָעָה	male	בְּנֵי נְפָשָׁת p. vitâ aîse eius
בְּרָעָה רָעָה	pessime	¶ Diminuendi.
אָכְלָה	vere	בְּתוּלָה paulatim
כְּבוֹד	certe	בְּתוּלָה paulisp. & cō-
¶ Aduerbia quantitatis.		¶ Augendi. (ponit
כְּמֹתָה	quantum	multum, valde
רָבָה	maltum	לְאָזְנָה magis
טָבָעָה	parum	לְאָזְנָה nimis
מִינָה	minus	¶ De interiectionibus.
¶ Aduerbia dubitati.		אָזְנָה euge.vah.
בְּפָנָה	ne forte	אָזְנָה ve
אָלְבָה	forsitan	אָזְנָה. אָזְנָה. אוֹה
¶ Congregandi.		אָלְבָה ve
בְּרָאָה	pariter, si-	אָזְנָה vel
בְּרָאָה	mul	אָזְנָה heu.a.a.a.
כְּלָאָה	omis. vtri	אָזְנָה vel אָזְנָה obsecro
אָסְגָּה	usq; numeri & generis	¶ De coniunctionibus.
¶ Inter significaciones coniunctionum præcipua est copulativa, que sola est littera vau in principio dictioris posse.		

CAP. DVODECIMVM.

posita per compositionem, & subscribitur cum quolibet puncto vocali, excepto cholem. Quod si præponatur dictio incipienti a puncto seu, tunc scribitur cum sureq, ut וְצִדְקָה & יְתִיעָה. Sed aliquando hæc littera vau ponitur in scriptura pro vel. vt Exodi.21. וְצִדְקָה idest & qui percusserit patrem aut matrē. Et aliquando ponitur pro cum, sive quando, nonnunquād etiam ponitur comparative. sed ista diuersitates eius ex serie litterarum sunt cognoscendæ.

¶ Sunt & aliae coniunctiones separatae que sequuntur.

כִּי	quia.quod	אֲלֵל	sed.tamen
אֲשֶׁר	quod	אֲלֵל	sed
כְּאֲשֶׁר	sicut	רְאֵל אָלָם	vertutam
כִּי	quidem.vtq;	רְאֵל	& si
כִּי	& quidem	דְּלָא	nōne. munqd
לְכַדְּקָה. כִּי	propterea	אֲזִיכִי	quamuis
לְכַדְּקָה. כִּי	vel	אֲזִיכִי	siquidem.er.
אוֹה	aut.vel.seu	אֲזִיכִי	go. itaque

SECUNDI LIBRI INTRO

ductionum hebraicarum de dictiōnibus regulatōribus.

FINIS.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

INTRODUCTIONVM HE

braicarum Liber tertius incipitur,
de irregularitate nominum,
& verborum habet
capita septē.

Caput primum de nominibus irregularebus, quæ Græci anomala vocant.

In superiori libro cū plene dictū sit de noībus, & ver
bis, atq; aliis partib; orationis, q̄ regulariter variat̄,
iam de irregulariter declinatis breviusculæ agendū est. Et
primo de noīb; irregularib; hoc est, q̄ in sua declinatio-
ne aliquid mutat. nā qd̄ de noīum formatione a singulari
numero in plurale dictū est. s. qd̄ masculina pluraliter ter-
minat̄ in. im. addita syllaba. in. sup numerū singularē,
vel ultima eiꝝ littera mutata in. im. & feminina exēt in.
oth. addita syllaba. oth. vel finali littera mutata in. oth. nō
in oīb; obseruat̄, quoniam sunt aliqua noīa, in quib; alter
fit ista formatio, nam aliquā addit̄ vel detrahit̄, vel mutat̄
littera, vel pūctus vocalis, vt  . auris recta formatione
debuit facere numerū plurale  idest aures & fact
 addita vocali. a. Et ne in singulis immoremur, di-
sponemus formulam plurium nominum, in quibus vna,
aut plures huiusmodi irregularitates reperiuntur.

אַדְמָה	אֲדֹם	רָבֶר	רָבֶר	רָבֶר
אַנְשָׁה	אֲנָשָׁה	רָבֶר	רָבֶר	רָבֶר
אַנְשָׁים	אֲנָשִׁים	רָבֶר	רָבֶר	רָבֶר
אַפְּרִים	אֲפְרִים	רָבֶר	רָבֶר	רָבֶר
אַשְׁתָּה	אֲשָׁתָּה	רָבֶר	רָבֶר	רָבֶר
אַשְׁתָּה נְשָׁה	אֲשָׁתָּה נְשָׁה	רָבֶר	רָבֶר	רָבֶר

CAP. PRIMVM.

תְּמִימִים	oculus.l.
עַזְעִילִים	lumbi.b.
לְלָצִים	manus.u.
יַדְדִּים	nudus.d.
יַםְיִם	dies dies.
יַרְבָּרִים	os ora.
אַבְרָכָים	femur.ora.
כְּנָפִים	humerus.l.
כְּנָפִים	ala ale.
כְּלָלִים	latus latera.
כְּפִים	alat.ala.
כְּפִים	vola volæ.
כְּפִים	duplicatio.es.
כְּפִים	cornu. nua.
כְּפִים	talentum.ta.
כְּפִים	pes pedes.
כְּפִים	ונֵלֶן
כְּפִים	pedes.
כְּרָעִים	crus cruta.
כְּרָעִים	shed sedes.
כְּרָעִים	mama.mæ.
לְאַפִּים	populus.l.
לְאַפִּים	shen dentes.
לְחַרִים	dens detes.
לְחַרִים	maxilla.l.
טְבֻלְכֹוֹת	labrum. bra.
טְבֻלְכֹוֹת	regnum.a.
טְבֻלְכֹוֹת	copulation.t.

Sunt præterea quædam nomina, quæ per figurā, quam
Græci vocant metathesim, i.e. transpositionē litteræ, mutat
ordinē a principio in medium, aut in finem, vel a fine aut
medio in principiū, cutusmodi sunt hæc.

רָגוּן גַּזְעָר *reprehensor.*
אֲגָם פֶּלָגָה *aries.* **סְחִירָשׁ** פָּוּמָם *pomum.*
נְמָא אַגְּמָן *stultus.* **שְׁמַלָּה** לִינְפְּרָעָם *lunfream.*

Atque ad hunc modum alia complura, Quæ tamen permutatio non solum reperitur in litteris, sed etiam in syllabis, & in partibus orationis, quoniam saepius particulae, quæ deberent preponi, postponuntur, & contra, quæ deberent postponi, preponuntur. sed hoc intellectui sacrae scripture non nocet, non enim fit nisi ubi sententia clara est, vt Genesis. 41. וְכֹל הָעָרָב בְּאֶזְרָן כִּי צָרֵר יְהוָה לְפָנֶיךָ וְאַתָּה תְּמַלֵּךְ אֶל יִשְׂרָאֵל וְאֶל מִצְרָיִם. i.e. ois terravemebat egypti, ut emerent ad ioseph, proveniebat ad ioseph, ut emerent.

DE SALAMANCA

GREDOS.USAL.ES

TERTII LIBRI

Et quarti Regum.9. שְׁמַע יְהוָה idest & posuit בְּפָנָיו עֵין יְהוָה idest & posuit stibium oculos suos, pro & posuit stibium in oculis suos. Et ad hunc modum alia plura.

Caput secundum de verbis irregularibus in genero, & specialiter de his, quae perdunt primam litteram substantiam in processu conjugationis.

Consequenter agamus de verbis irregularibus, seu defectiuis, quae hebrei קְרִיָּת אֲבָנִים idest lapides incisionis vel incisos vocant, propter defectum scilicet ait quarum literarum. Pro quorum introductione est aduentum, quod sicut in superiori libro dictum est, cuiuslibet verbi hebraici tres sunt litterae substanciales, quas ipsi שְׁמַע idest radicem verbi vocant, eo quod ab illis formantur omnes voces, modi, tempora, & personae eiusdem verbi. & cetera, ut קְרִיָּת. Quando ergo in procursum conjugationis verbi nulla illarum trium litterarum perditur, aut mutatur in aliam litteram, tale verbum dicitur perfectum, seu regulare, & de huiusmodi verbis fas tis abunde dictum est, in secundo libro per quattuor conjugationes eorum. Sed quando aliqua praedictarum trium litterarum substancialium verbi perditur indiscursu conjugationis, aut mutatur, aut non profertur, tunc tale verbum dicitur imperfectum defectuum, & irregularare. Et de his imprecentiarum dicere intendimus, Verba in quibus littera non profertur, sunt ea, que habent in medio, aut in fine octosam aliquam ex quatuor his litteris vocalibus רְאֵרֶא רְאֵרֶא, cuiusmodi sunt haec אֲבָנִים idest vocavit, לְלֻעָּה idest ascendit, בְּנֵש idest reuerti, יְהִי idest intelligere. & hec ver.

CAP. SECUNDUM.

verba hebrei vocant נְחִים idest octos. Et in his verbis etiam aliquando littera octos, quae non profertur, perditur, aut mutatur in processu conjugationis, ut inferius in suo loco videbitur. **V**erba autem in quibus aliqua ex tribus litteris substancialibus, que proferuntur, perditur in processu conjugationis hebraicae, dicuntur נְקָרִים idest defectiua, & variantur quatuor modis. Primo quando perditur littera prima. Secundo quando perditur secunda. Tertio quando tertia. Quarto quando simul perduntur prima, & tertia littere substanciales verbi. Et verba prius dicta octos coincidunt cum aliquibus istorum quatuor modorum, ideo de eis dicemus cum istis. Sunt præterea quædam verba, quae appellantur duplia, quibus indiscursu conjugationis deficiunt aliquæ litteræ, de quibus in fine dicemus. **H**is præmissis in genere, dicamus iam in specie de singulis istarum irregularitatibus. In primis de verbis, in quibus perditur prima littera substancialis verbi in discursu conjugationis. ea sunt tantum, in quibus prima littera fuerit aliqua istarum trium. לְלֻעָּה Exemplum primi לְלֻעָּה idest accepit. Exemplum secundi וְאֵרֶא idest accessit. Exemplum tertii יְהִי idest cognovit. Sed quia de incipientibus a lamed solum verbum praeditum reperitur, incipientia vero a nun/ & iod sunt valde plura, ideo exempla huius irregularitatis ponemus in verbis a predictis duabus litteris incipientibus. **D**e incipientibus ergo a littera nun, est exemplum hoc verbum וְאֵרֶא idest accessit. In quo, & aliis a littera nun incipientibus nulla irregularitas accidit in tempore præterito, neqz in

I³ præ-

AD
DE SALAMANCA

TERTII LIBRI

presenti primæ configurationis, ideo conjugatur ad proportionem huius verbi קְרַבְתָּ, de quo supra, sed in tempore futuro, & in modo imperatiuo perditur littera nun, & suppletur per dagues litteræ mediae, hoc modo.

¶ Tempore futuro.

¶ Fœminina. Masculina.

אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת
אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת
אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת
אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת
אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּת

¶ Plurali numero.

אֲכַדְּמָנוּ	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים
אֲכַדְּמָנוּ	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים
אֲכַדְּמָנוּ	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים
אֲכַדְּמָנוּ	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים	אֲכַדְּמָתִים

Et in fine clausulæ seu litteræ mediae vertitur in caseo cum accentu in eadem littera, vt Genesis. 45. וְשָׁבָעַ וְשָׁבָעַ idest accedite ad me, & accesserunt. Hæc etiam littera nun perditur in nomine a tali verbo derivato, & suppletur per dagues litteræ mediae, vt נָעַל idest manauit, a quo deriuatur nomen עַלְלָה idest manatorium sive fons. ¶ Et nota in his verbis, quod quando littera substantialis media est aliqua harum quatuor אהָעָא gutturalium, tunc nullam habent irregularitatem, nec perdunt primam litteram nun in aliquo tempore, cuius ratio est, quia talis littera media non recipit dagues ad superplendum alicuius litteræ defectum. Excipitur tamen hoc verbum נָעַל idest descendit, vel confregit, quia perditur littera nun in futuro, hoc modo תָּאַתָּא. In quibusdam vero verbis irregularibus a littera nun incipientibus

bus

CAP. SECUNDVM.

bus littera media scribitur in futuro per vocalēm. o. vt נָעַל idest percussit נָעַל idest cecidit, quorum futurum hoc modo fit נָעַל idest percutiam נָעַל idest cadam.

¶ Imperatiuo de nagas.

¶ Fœminina. Masculina.

אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת
אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת
אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת	אֲכַדֵּם	אֲכַדֵּת

¶ Et hæc secunda persona singularis aliquando scribitur per cholē, vt Ruth. 2. וְשָׁבָעַ וְשָׁבָעַ idest accede huc. Et aliquando hæc secunda persona in genere masculino retinet litteram nun, vt נָעַל idest accedere.

¶ Infinitiu de nagas.

¶ שְׁתִּיתְאַתָּה idest accedere.

¶ Et si huic infinitiu addantur litteræ, בְּכֶלֶם forma bitur ex eo modus subiunctivus, & gerundia modo supradictio in verbis regularibus. Et hoc etiam notabile est memorandum in omnibus verbis irregularibus infra declarandis. Et quando huius infinitivi ultima littera substantialis est aliqua ex quatuor gutturalibus, tunc me dia & ultima debent scribi cum puncto patha, vt Eccles. 3. עַתְּ לְפָנֶת idest tps plantandi, cuius primitiū est. נָעַל

¶ De voce passiva huius verbi nagas.

¶ In praeterito indicatiu primæ configurationis in voce passiva huiusmodi verba perdunt litteram nun, & suppletur per dagues litteræ mediae. Et si et hoc praeteritum habeat in principio litteram nun, illa tamen non est substantialis verbo, sed accidentalis, scilicet ad denotandum vocem passiuam, vt superiore libro dictum est.

I 4. Per-

AD
DE SALAMANCA

TERTII LIBRI

Perditur autem littera nun substantialis euphoniae causa,
quia duplicato nun prolatione esset ponderosa.

¶ Formatur ergo hoc præteritum sic.

¶ Feminita. Masculina.

נָשָׁה	Oblatus vel.ta.fuit.
נָשָׁה	Oblatus vel.ta.fuisti.
נָשָׁה	Oblatus vel.ta.fui.

¶ Plurali numero.

נָשָׁה	Oblati vel.ta.fuerunt.
נָשָׁה	Oblati vel.ta.fuistis.
נָשָׁה	Oblati vel.ta.fuimus.

¶ Tempore praesenti.

¶ Feminita. Masculina.

נָשָׁה	Qui vel quæ obla.est.
נָשָׁה	Qui vel quæ obla.funt.

¶ Hic cōmemoranda est differentia inter tertiam per sonam singularem masculinam præteriti, & participium singulare masculinum praesentis, que in voce coincidunt nō in significatione, & orthographia, de qua supra in voce passiuæ primæ conjugationis verborum regularium. Repetēda est etiam hic, exceptio de quattuor litteris gutturalibus in eadem forma verborum, sicut paulo superius posita est in infinitiuo vocis actiua. vt Ezechiel. 34. reduxistiſtis.

¶ Tempore futuro.

¶ In hoc futuro littera nun quæ ponitur est substantialis, & habet dagues ad supplendum litteram nun acceditas.

CAP. SECUNDVM.

dentalē vocis passiuæ, vt patuit supra in libro secundo in hoc tempore.

¶ Feminita. Masculina.

אַנְשָׁה	אַנְשָׁה	אַנְשָׁה	Oblatus vel.ta.ero.
הַנְשָׁה	הַנְשָׁה	הַנְשָׁה	Oblatus vel.ta.eris.
תַּנְשָׁה	תַּנְשָׁה	תַּנְשָׁה	Oblatus vel.ta.erit.

¶ Plurali numero.

אַנְשָׁה	אַנְשָׁה	אַנְשָׁה	Oblati vel.ta.erim⁹.
הַנְשָׁה	הַנְשָׁה	הַנְשָׁה	Oblati vel.ta.eritis.
תַּנְשָׁה	תַּנְשָׁה	תַּנְשָׁה	Oblati vel.ta.erunt.

¶ Imperatiuo modo.

¶ Feminita. Masculina.

רַגְנִשָּׁה	רַגְנִשָּׁה	רַגְנִשָּׁה	Oblatus vel.ta.estō.
רַגְנִשָּׁה	רַגְנִשָּׁה	רַגְנִשָּׁה	Oblatus vel.ta.estotē.

¶ Infinitiuus modus est in voce similiis secundæ personæ singulare masculinæ præcedentis imperatiui, vt id est applicari.

¶ Subiunctiuus modus, & gerundia supplentur hic, ex hoc infinitiuo per quattuor litteras, נְכָלֵל ut alias saepe dictum est. Et notandum, quod huius verbi nugas si tertia littera sin scribatur cum puncto sibolet significat accedere, vt diximus, & quia tunc est verbum neutrum caret participio vocis passiuæ, sed suppleri potest per temporis præfens eius. Si vero prædicta littera sin scribatur cum puncto cibolet significat constringere, & tunc non est verbum neutrum, sed habet participium vocis passiuæ, sicut alia verba actiua, hoc modo.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

TERTII LIBRI

Feminina. Masculina.

תְּבִשָׁתָה קְרֵבָה Qui vel quæ cōstrictus est.
תְּבִשָׁתָה קְרֵבָה Qui vel quæ cōstricti sunt.

Huiusmodi verba non reperiuntur in secunda cōjugatione, quia coinciderent cū voce passiva corū modo dicta in sua prima cōjugatione, maxime in praeterito. Ati hebrei dant aliam rationē, quia secunda cōjugatio habet dagues in littera media, qui pūctus non posset denotare simul cōjugationem secundam, & defectum litteræ nun, nec eadem littera potest habere duo dagues. Si ergo huiusmodi verba habent secundam coniugationē, erit sine defectu alicuius litteræ, & procedent in ea tam in voce actiua, q̄d in voce passiva secundum formam verborū perfectorū sū pra dictam, quare non est necessariū hic eam explicare.

De tertia coniugatione primæ irregularitatis verborū.

In tertia coniugatione huius verbi תְּבִשָׁתָה & aliorum similium etiam perditur littera nun tam in voce actiua, quam in passiva, & suppletur per dagues litteræ mediae, & assumitur in principio littera he cum puncto chiriqui, hoc modo.

Tempore præterito.

Feminina. Masculina.

תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fecit accedere.
תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fecisti accedere.

תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fecit accedere mascl. fœ.

Plurali numero.

תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fecerunt accedere mascl. fœ.
תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fecistis accedere.
תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fecimus accedere mascl. fœ.

Tēpo

CAP. SECUNDVM.

Tempore præsenti.

Feminina. Masculina.

תְּבִשָׁתָה בְּבִישָׁתָה Qui, vel quæ facit accedere.

תְּבִשָׁתָה בְּבִישָׁתָם Qui, vel q̄ faciunt accedere.

Tempore futuro.

Feminina. Masculina.

תְּבִשָׁתָה אֲבִישָׁתָה Faciam accedere mas. fœ.

תְּבִשָׁתָה תְּבִשָׁתָה Facies accedere.

תְּבִשָׁתָה יְבִשָׁתָה Faciet accedere.

Plurali numero.

תְּבִשָׁתָה נְבִישָׁתָה Faciemus accedere mas. fœ.

תְּבִשָׁתָה תְּבִשָׁתָם Facietis accedere.

תְּבִשָׁתָה לְבִשָׁתָם Facient accedere.

Et in personis huius futuri littera media potest scribi cum cere, & excludi littera iod, vt etiam in verbis perfectis dictum est, vt אֲבִישׁ & cetera.

Imperatiuo modo.

Feminina. Masculina.

תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה Fac accedere.

תְּבִשָׁתָה בְּבִישָׁתָם Facite accedere.

Infinitiuo modo.

תְּבִשָׁתָה הַבִּישָׁתָה facere accedere.

In voce passiva huius coniugationis venit littera he præteriti cum punto sureq; quibuz non cum van, quia post punctum principalem non potest ponit dagues, qui est necessariū hic ad denotandum defectum litteræ nun. Idem intellige in tempore præsenti, & in futuro, vt patebit.

AD
DE SALAMANCA

TERTII LIBRI

¶ Tempore præterito.

¶ Fœminina. Masculina.

וְשָׁבַת	וְשָׁבַת	Oblatus vel.ta.fuit.
